rybdis ad ſiciliam.& ſcylla fuit phorci crateidis nymphæ filia ex ea canes & lupi fingun tur nati : quia illiſi ſcopula imitant latratus canū.Hōe.in.xii.Deſcribit ſpelūcā erebi inſtar habitatā ſcylla & ſcyllā fingit habere pedes.xii.& colla ſex plōga totidē capita.dentes triplici ſerie pectinatos. imane monſtrum: cui preter deum ocurreret nemo.carybdis ab aduerſo littore ante urbem meſſenam oſtenditur quā cōdiderunt meſſeni:ut Stra inquit.unde dicta eſt meſſena cum prius zancle appellaretur cum curua eſſent loca quæ uocāt zancla & ab Ouidio in diarus zanclia carybdis nuncupatur.

ℭSator.genitor. Verus:dixit ad cōtēptum quaſi non crederet herculem genitum : ſed amphytriōe.Et ſcylla arguit ab impoſſibili :quia prius iſta contraria fieri poterunt:q̄ ipſa mutet aīum in eum qui patrem & fratres ſuſtulerat.Scylla in freto ſiculo puus gurges ueluti in acrai ſinuatus: id faciente ſaxo : qd a zancle ppinquo ſicilie oppido zancleū dicebat.Siculū latus littus ſiculū cū Auſ.italico. ſicilia inſula italiæ olī cōtinēs & acro brutio annexa mox interfuſo mari ſiculo auulſa Vir.Hæc locaui quōdā:& uaſta cōuulſa ruina. Tantum æui longinqua ualet multare uetuſtas. Diſſiluiſſe ferunt : cum ptinus utraq; tellus : Vna foret.Claudianus:Trinacria quodam Italiæ pars una fuit:ſed pontus:& æſtus.Mutauere ſitum. Priuſq̄: tangante. Euripus fugax :Eſt anguſtum mare inter boetiam:ſeu phocidem boetiæ partem :& euboiā inſulam qd alterno curſu teſte pōponio li. iiii.hoc curſibus ſepties in die:totidemq; nocte refertur :ut uentos:ac etiam plena uentis ſecum portet: Liuius:Hanc rationem uenti aſcribit.li.viii.de ſecundo bello punico. Piger non ſe mouens. Vnda euboica:eſt appoſitio. Ex iſto ſcilicet odio. Eſt pars quota:i.minima:reſpectu aliorum īnumerabilium qui tyrannū odio proſequebatur:ſed omnium odia uellem ſola habere:ut magis mihi īuiſus eſſes.Dominare tumidus:ſuperbus:quaſi ſe ipſam conſolans deniciat lyco futuram eius pditionem:exēplo multorum aliorum qui regnauerunt thebis. Noui . noui regnum noſtrum quod ſp calamitatem regnanti. Quid matres:quid oportet loquar mala quæ acciderunt his qui regnauerunt thebis. Paſſas & auſas.ſicut agaue quæ pentheum filium occidit:& Iuno quæ cum filio meli certe ſeſe in mari proiecit. Quid geminum nefas:de hac hiſtoria dicemus in ædipo hic patrem interfecit laiū ; matrem locaſtam uxorem duxit:& ex ea filios ſuſcepit: ideo ubi dixit nomen patris:nati & cōiugis. Geminum nefas:quia patrem interfecit & matrem uxorem duxit. Bina caſtra.ſ.duorum fratrum ethioclis:& polinicis qui œdipi filii fuerunt:& inter ſe pugnauerunt paratis exercitibus: & demum ſe mutuis uulneribus congredientes interfecerunt:ut totam hiſtoriam exequitur Statius in thebaide. Totidem. rogos ſcilicet duos factos:cum in uno fratres illi mortui cōburerentur:flamma diuiſa eſt in duas partes;ut quēadmodū in uita diuiſi fuerant ita & in morte diuiſi eſſent. Riget ſuperba tantalis . amphion filius iouis rex thebanus habebat uxorem Niobem filiam tantali regis phrigum:hæc quatuordecim filios habuit ex marito ſeptem mares:& totidē fœminas:ea ſuperbia ducta uoluit preponi latonæ matri apollinis:& Dianæ:quod ea non haberet niſi duos:& ipſa uero quatuordecim & ita uoluit thebano potius ſibi ſacrificare q̄ latonæ Quare indignati apollo:& diana filios ſagittis ſuſtulerunt:ut Ouid.in.vi.meta.& Iuue . Nil pueri faciunt: ipſam configite matrem.Amphiō exclamat ſed peā contrahit arcum:Ipſa autem mœrore afflicta in ſaxum. mutata eſt perpetuo liquore manans. Tantalis.ergo Niobæ filia tantali. Riget : dureſcit : quia nunc facta eſt ſaxum rigere interdum eſt dureſcere.Vir.ueſteſque rigeſcunt indutæ ; cæduntque ſecuribus humida uiua:rigere autem proprie eſt frigeſcere:& ea quæ frigent horrent & dureſcunt. Hinc rigor non modo p frigore ſed etiā pro duricie accipitur:ut ferri rigor:& rigidus frigidus & durus dicit & rigidus homo aſper. Manat ſtillat. In phrigio ſipy.non ſipytulo ut legunt imperiti.nā ſipyllū urbs meniæ fuit ex qua niobe uerſa in ſaxum ob dolorem amiſſorum filiorum Ply.Sipylum quod ante tantalis uocabatur caput meon e.ſipyllus etiam ex filiis unus niobe fuit.Statius libro.v.Siluarum fides ;citius genitrix ſipyleia fertur:Ex hauſiſſe genas. Item Propertius li.ii.Nec tantum niobe biſſex ad buſta ſuperbæ : Sollicito lachrymas:defluit a ſypilo.

Margin notes: BER. · Euripus · Rigere

Eurypus unda ſtabit euboica piger
Patrem abſtuliſti:regna:germanos: larē
Patriam quid ultra ē:una res ſupeſt mihi
Frater ac parente carior regno ac lare
Odium tui:quod eſſe cum populo mihi
Cōmune doleo:ps quota ex iſto mea eſt
Dominare tumidus:ſpiritus altos gere
Sequitur ſuperbos uictora tergo deus
Thebana noui regna:Quid mrēs loqr
Paſſas:& auſas ſcelera:qd geminū nefas:
Mixtumq; nomen coniugis nati patris:
Quid bina fratrū caſtra:qd totidē rogos:
Riget ſuperba tantalis luctu parens:
Meſtuſq; phrygio manat in ſipylo lapis
Quin ipſe toruū ſubrigens criſta caput
Illyrica cadmus regna permenſus fuga:
Lōgas reliquit corporis tracti notas:
Hæc te manet exempla:dñare ut lubet:
Dum ſolita regni fata te noſtri uocent.
Ly.agedū eſſ. ētas rabida uoces amoue
Et diſce regum imperia ab alcide pati:
Ego rapta quāuis ſcæptra uictrici geram
Dextra:getāq; cuncta ſine legum metu
Quas arma uincūt pauca p cā loquar

ℭEgo ne & c.Duo facit megara:prius contemnit oblationem coniugii. deinde infortunium regni optat lyco:& quod patrem:germāos:domum:patriam: ſibi abſtulerat. & quod dilecti coniugis ac generoſi de DAN.

gener ipſe arroganter regnum inuaderet: eſt autem grauis & fellis plena apoſiopoſis in principio. Ego ne ſcilicet faciam: uel committam. Riget: Homerus in .ω. iliados tradit pueros & puellas niobes fuiſſe biſſenos. Euripides bis ſeptenos. Sapho bis nouenos. alii bis denos: Oui. Secutus euripidem canit bis ſeptem. Propertius ex Homero pendens appoſuit biſſenos Niobe orbata numeroſa prole ceſſit in ſaxum apud ſipylum. Et lachrymis etiam nūc marmora manant. Quin ipſe cadmus cum Armiona uxore mutati ſunt in angues & totam illirim perrepſerunt unde ciuitas. dicta apud Lucanum Euchaliæ uerſi teſtantur funera cadmi.

Rigens. i. ſubrigens & attollens caput toruum criſta.

BER. ℂQui ipſe: Cadmus conditor thebarum uidens filiarum infœlicitatem receſſit in illyricum: & mutatus eſt in ſerpentem. Subrigens: exaſperans. Caput toruum: horribile. Criſta: cornibus. Permenſus: tranſilit. Regna illyrica: ut uulgo ſclauoniæ. Notas: ſigna. Corporis tracti: quia ſerpentes trahunt corpus per terram. Hæc exempla manent. expectāt.

Dum fata: facito ut iubet: dūmodo in fine habeas quod alii habuerunt. Agedum: hortatur lycus megaram ne tantopere uelit pertubari: ſed potius cum eo uelit eſſe particeps regni: omniaque præterita deponenda eſſe. Effrenatas: nimis pūgentes: & plenas paſſione. Diſce imperia ab alcide: ab hercule in contemptum herculem dixit non maritum: diſce ſeruire potentiori o megera quemadmodum hercules q euriſteo ſeruit: & nunc eſt apud inferos. Ego rapta: q̄uis ego habeam imperium: nolo tamen uti uiolentia in te: ſed potius oſtendam. rationem ꝙ non mea culpa pater & fratres tui ſunt interempti: ſed ut fit in bello in quo nō ſeruatur modus: & ita culpam in bello refert: quia uterque noſtrum potuiſſet mori ſi contigiſſet. Quas arma uincunt: ut dicit Cicero: ius inter arma ſilet. Belli. ſ. poſſet dicere tu iniuſte contra patrem arma cepiſti: reſpondet lycus ꝙ in bello non conſideratur principium an iuſte cœptum ſit bellū: ſed finis ille dicitur iuſtus & fœlix: qui uictor euaſerit. Quando uictor amplius non recordandum de præteritis. quando uictor depoſuit arma: & uicti debēt deponere. odia. Hoc ipſum placet: placet ꝙ ex magni animi in caſu tuo: propterea te dignam thalamis noſtris iudico. Tuas ruinas: calamitatem tuam.

Effrenatus

Grauēt cathenæ: ponito me ligatam in carcere & facias quomodo tu uis & ſi torq̄re me uolueris: moriar potius: q̄ tibi iungar toro. Animos: arrogātiam.

Teluris pondus: dicit lycus non reuertetur. quia ē ſub terra apud inferos. Qui cælum tulit: megara non eſt credendum maritum meum poſſe premi &

Noſtra: cruento cecidit in bello pater:
Cecidere fratres: arma nō ſeruāt modum
Non temperari facile nec reprimi poteſt
Stricti enſis ira: bella delectat cruor:
Sed ille regnō pro ſuo nos improba
Cupidine acti: quæritur belli exitus:
Non cā: ſed nunc pereat omnis memoria
Cum uictor arma poſuit & uictum decet
Deponere odia: non ut inflexo genu
Regnātē adores petimꝰ: hoc ipſum placet
Animo ruinas quod capis magno tuas:
Ex rege digna coniunx: ſociemus toros.
Me. gelidus p artꝰ uadit exāgues tremor.
Q d facius aures pepulit: haud qdē horrui
Cum pace rupta bellicus muros fragor
Circūſonaret: pertuli intrepide omnia:
Thalāos tremiſco. capta ne uideor mihi
Grauēt cathenæ corpus & longa fame
Mors protrahitur lenta: non uincet fidē
Vis ulla noſtrā: moriar alcide tua.
Ly. Aios nē uerſus inferis cōiunx facit:
Me. Inferna tetigit poſſet ut ſupna aſſeq
Ly. Telluris illū pondus immēſū præmit
Me. Nullo p̄metur onere qui cœlū tulit.
Ly. Cogere. M. cogi qui pōt neſcit mori
Ly. Effare: thalamis qd nouis potius parē

grauari terra: qui cœlum ſuſtinuit humeris: quod eſt grauius ut ſupra diximus. Cogere ſi uolueris: ſponte facies per uim. Cogi quæ poteſt pulchra ſententia a philoſophis ſtoicis. quæ non timent mortem non poteſt cogi.

Effare Effare: Lycus mutans quaſi blandiens: dicit: o megera omittamus iſta: ſed dic ꝙ munus dignum regina uelis a me tanq̄ a nouo ſponſo. Effare: dic. Parem: preparem. Nouis thalamis: noſtris. Aut tuam mortem: reſpondet megera. Coniugio occurram: impediam ne fiat coniugium tecum: aliter textus habet. Coniugi: & ſic dicendum ſi moriar ibo obuiam coniugi herculi qui apud inferos.

Scæptro: uis potius herculem famulum in maritum q̄ me regem. Regi: euryſtheo. Iugum: ſeruitutem. Quid uirtus erit: notabilis ſententia. quia ut uult Cice. non eſt uictor ſine pugna. Putas: interrogari. credis uirtutem eſſe ire contra feras. Loquētē magna: irriſiue dixit non facientem ideſt ſi eſt ita fortis quia non redit ab inferis. Tenebræ tartareæ: infernales.

DAN. ℂArma non ſeruant modum: artificioſe lycus transfert crimen ſuum & minuit per relationem quod negare non poteſt: & eſt argumentū ſumptū a differentia: q̄ res diuerſas nō aduerſas oñdit: ut cecidit pr̄ cecidere fratres: ſed in bello in quo ira animum precipitat: & rationem turbat furor bellicus: in quo attenditur locus maxime: & tempus: ut docet Martianus. Cum uictor: Argumentum per comparationem maioris ad minorem. cum uictor armis tunc odiis ſuperſedat uictus. Animos dialogus per intentionem & depulſionem ſub ſtatu qualitatis nam quod dementiæ aſcribit lycus contra uirtuti donat megara: in quo tuetur herculem uirum coniunx fideliſſima partim ratione partim exemplo: ut ſequentia indicant.

BER. ℂNon eſt mollis ideſt uoluptaria. reſpondet megara ſapienter ut comparet ſibi cœlum opus eſt quod patiatur



tiatur magnos labores. Quo patre: hac reſponſione motus lycus dixit & cuius eſt filius iſte maritus: eſt ne filius iouis ut poſſit ire ad ſuperos: & reuerti ab īferis: ut filii deorum poſſunt ut teſtatur Vir. in. vi. æne. Diis geniti potuere. Miſeranda coniunx: Amphitrio hoc loco uult reſpondere lyco: rogatq; ſilentium a megæra quia ipſe bene poteſt tueri has partes. Hæ partes ſunt meæ: hoc pertinet ad me dicimus: & Cicero habet primas partes. ideſt primum locum in eloquentia. Reddere ideſt dare ſic Plautus tibi ego rationem reddam. i. dabo ſed ꝓprie eſt acceptum uel ablatum reſtituere ut Terentius. Si quis quid reddit: magna eſt habenda gratia. Poſt conuertit orationem ſuam ad lycum. iam deberet eſſe manifeſtum herculem eſſe filium Iouis quia uicit monſtra tot ac tanta quæ hominis filius nunq̄ uincere potuiſſet. Liquet manifeſtum eſt. Ortus: & oriens: & eſt participium. Labens: occidens: & ſic oriens & occidens pro toto mundo accipiuntur. Poſt phlegrā. phlegra eſt uallis theſaliæ ubi congregati gigantes pugnauerunt contra iouem: cum ergo iſte deuicerit gigantes: & deos defēderit: dubitas de patre qa niſi eſſet filius iouis non potuiſſet tanta peragere. Impio gigantum qui impii erant contra deos. Mētimur: putas ne dicamus uerum. quod ſit filius iouis: Iunonis odio crede. crede her. eſſe filium iouis hic argumento: quia Iuno maxime inimicatur ei: ꝙ non faceret niſi eſſet natus de pellice. Mortale cœlo: ille qui eſt homo mortalis non poteſt dici quod ſit natus a diis. Communis. reſpōdet Amphitrio: multi tales fuerunt. Famuli fuerunt: ne famuli in terris: ut iſte Herc. Paſtor: apollo priuatus diuinitate a ioue, dicitur pauiſſe armenta Admeti regis theſaliæ per ſeptem ānos apud amphriſum fluuium: ut Vir. iii. georgi. paſtor ab amphriſo. & Lucanus li. vi. irrigat Amphriſos famulantis paſcua phœbi. Phæreos: theſalicos phære: aron ciuitas theſaliæ a qua phæreus deducitur. delius apollo a dælo inſula ubi natus eſt. Sed non concedo ꝙ fuerit famulus. ſed non errauit per totū mūdum: ut her. Plagas: regiones. Quem ſcilicet dicis non erraſſe. Quem. ſ. apollinem. Mater latōa.

Dedit: edidit & peperit. Terra: erranti. ſ. dælo, inſule dicitur latōa cum grauida eſſet agitata fuiſſe a phitone ſerpente miſſo a iunone: ita ut non inueniret locum ubi parere poſſet: ſed demum ad dælō inſulam quæ in mare inſtabilis erat: ut dictū eſt ſupra & ibi peperiſſe & inſulam ſtabilem factā fuiſſe. Primus. imo prius apollo puer phytonem ſerpentem qui matrem inſecutus fuerat: ſagittis interfecit: & eo mortuo dictus eſt phytius. Draco: phyto. Imbuit tinxit ſanguine ſuo ſic. Vir. Sponte ſua ſadix paſcentes imbuet. agnos.

Regale munus.
Me. Aut tuam mortem aut meam
Ly. moriere demens
Me. Coniugi occurram meo
Ly. Sæptro quoq; nr̄o potior ē famulus tibi.
Me. Quot iſte famulus tradidit reges neci.
Ly. Cur ergo regi ſeruit: & patitur iugum
Me. Imperia dura tolle: quod uirtus erit
Ly. Obiici fer monſtriſq; uirtutem putas.
Me. Virtus eſt domare quæ cuncti pauent:
Ly. tenebre loquentē magna tartareæ p̄mūt
Me. Non eſt ad aſtra mollis de terris uia
Ly. quo pr̄e genitus cœlitū penetrat domos
Am. Miſerāda coniunx herculis magni ſile
Partes meæ hæ ſunt reddere alcide patrem
Genuſq; uerum. poſt tot ingentis uiri
Memoranda facta: poſtq; pacatum manu
Quod cunq; titam ortus & labens uidet.
Poſt monſtra tot ꝑdomita, phlegram impio
Sparſa cruore poſtq; defenſos deos
Nondum liquet de patre? mentimur iouem:
Iunonis odio crede.
Ly. Quid uiolas iouem
Mortale cœlo non poteſt iungi genus:
Am. Communis iſta pluribus cauſa eſt deis
Ly. Famuli ne fuerant anteq̄ fierent dei.
Am. Paſtor pheræos delius pauit græges
Ly. Sed non per omnes exul errauit plagas

imbuere

Quā gra. Oui. li. iii. meta. hanc hiſto. plene exequitur ſemele cadmi filia mater bacchi: cum ex ioue pregnans eſſet: rogauit illum ut ſecum: quemadmodum cum iunone aſſueuerat: coiret. Iuppiter maieſtate dei aſſumpta cū tonitribus ac fulgore ad eam deſcendit illa uero pregnans cum neque tonitrui: neque fulguris uim ferre poſſet filium aborſa: igne expirauit: infantem iuppiter mercurio dedit ad antrum niſæ uerbis quod inter aſabiam & nilum deferendum a nymphiſque omni ſtudio curaque educandum. unde a ioue & niſa Dioniſium dixerunt. itaq; nutritum a nymphis aiunt orbem ferme perambulantem multas regiones adiiſſe ac maximis honoribus poſtea celebratum. Mox: hoc dicit. Seneca ſm opinionem illorum qui dicunt ouem fœmori ſuo puerum immaturum inſuiſſe ut illic tempus compleret. Proximus: iunctus femori. Quid: Saturnus ſtatuerat e fœdere totam uirilem prolem ex ſe naſcituram necare. itaque qui primo ei filius natus eſt necatus eſt: deinde nati ſunt gemini iuppiter & iuno. iunonem ſolus in conſpectum Saturno dedere: iouem uero clam abſcondentes ferunt opim matrem eius infantem miſiſſe in antrum montis idæ: & curetiſque populis traditum educandum: & ne forte uagitus infantis audiretur: illos tympana clypeos: atque alia arma pulſaſſe. Qui gubaſtra ideſt iuppiter. Specu ideſt ſpelunca. Rupis: ideſt idæ montis crete. Exeſæ: cauatæ. Tanti natales ideſt tam magni concludit ꝙ qui naſcuntur ita magni habent laborioſa precia. Sollicita: plena anxietate. Con

ſtitit mago.ſcilicet precio.hoc eſt ſine magno labore poſſunt effici dei :& notabilis eſt ſententia. Quem cũque ly.dicit ſcias eum eſſe hominem non deum qui ſuſtinet tot labores.

DAN. ❡Miſeranda coniunx:aperte progreditur amphitrion pater:non enim poteſt coniunx genituræ fidem facere:ſed genitor licet ludibrio fuerit genitor herculi amphitrion.

Fortem uocemus:appellas tu fortem illecebris uenereis captus laſciue puellæ ſeruiuit. Spoponderat her.uxorem filiam Iolen Euritus œchaliæ rex quã poſtea ſuaſu filii tradere denegauit: quapropter ĩdignatus Her.ipſum & filios interemit & œchaliam urbem euertit:qui in laconia erat:unde ea pars laconiæ qui theſaliæ propinqua eſt œchalia appellat̃ ab œchaliæ fluuio. Vir. Vt bello egregias idem diſiecerit urbes. Troiamq;. œchaliamq;.Iolen uero rapuit:quã uſque adeo ardenter amauit :ut eius cauſa ea omnia pateretur :qui olim ſub omphale regina lidiæ paſſus fuerat.quorum mentionem ſtatius facit.Sic lydia coniunx. Amphitrioniadem exutũ horrentia terga.Pendere ſydonios humeris reddebat amictus.Et turbare cloos:& tympana rumpere dextra.Ouid. de Iole.ingreditur late lato ſpectabilis auro. Qualiter phrygia tu quoq; cultus eras. Dat uultum populo ſublime ſub hercule uicto: Oechalium uicto ſtare parente putes : hanc deinde moriens tradidit filio ſuo hylio uxorem. Leo pellis leonis iole her. ſpoliauit claua & pelle leõis & coegit muliebres ueſtes induere. Latus ſcilicet herculis. Pictum ueſte ſydonia ideſt purpurea. ſydon ciuitas phœniciæ ubi tingebat̃ purpura: pictum dixit ꝓpter ueſtem pictã ideſt acu factã: huiuſmodi ueſtes inuenere Idæ:phryges :ideo appellatæ ſunt phrygianæ:& qui eas faciunt phrygiones dicti:Plautus Stat fullo phrygio aurifex lanarius. phrygia prouincia eſt minoris Aſiæ a phrygio amne qui illa tu a Caria diuidit cognominata. Horrentes rigidæ. Maduere: unguentatæ ſunt. Præmens : cingens. Mitra : teſte ſeruio ſuper tertio æneidos incuruus pileus de quo pendebat buccarum tegmen : quo phrygii & lidii utebantur.ideo hiarbas in æneam dixit apud Vir. Mœnia mentũ mitra:crinemque madentem Subnixus: & Iuuenalis . ite quibus grata eſt picta lupa barbara mitra.

Am. Q uẽ profuga mater terra erranti dedit
Ly. Non ſæuas fœbus aut timuit feras
Am. Primus ſagittas imbuit phœbi draco.
Quã grauia paruus tulerit ignoras mala
E matris utero fulmine eiectus puer:
Mox fulminanti proximus patri ſtetit.
Quid:qui gubernat aſtra:qui nubes q̃tit
Non latuit infans rupis excelæ ſpecu:
Sollicita tanti precia natales habent:
Semperq; magno conſtitit naſci deum.
Ly. Quẽcunq; miſeꝝ uideris hominem ſcias
Am. Q uẽcũq; fortem uideris miſeꝝ neges
Ly. fortẽ uocemus cuius ex humeris leo
Donum puellæ factus & claua excidit
Fulſitq; pictum ueſte ſydonia latus:
Fortem uocemus cuius horrentes comæ
Maduere nardo:laude qui notas manus
Ad non uirilem tympani mouit ſonum
Mitra ferocem barbara frontem præmens
Am. Nõ erubeſcit bacchus effuſos teneros
Sparſiſſe crines:Nec manu molli leuem
Vibraſſe thyrſum:cum parꝝ forti gradu
Auro decorum ſyrma barbaricum trahit
Poſt multa uirtus opera laxari ſolet
Ly. Hoc euriti fatetur euerſi domus:
Pecorumq; ritu uirginũ oppreſſi greges
Hoc nulla iuno nullus euryſteus iubet
Ipſius hæc ſunt opera. Am . Non noſti oĩa .

Non erubeſcit. Amphytrio excuſat her. exemplo bacchi. Bacchus primus dicitur inueniſſe uſum uini & mollis forma puellari fuiſſe: & ut inquit Feſtus illa poetis cornua dantur eo quod homines nimio uio truces fiunt. Sappho ad phaonem accedant capiti cornua bacchus eris: alii ſentiunt cornua data fuiſſe.quod primus ad iugum cornibus boues iunxit. Ferunt & illum deliciis debitum molli corpore:ac pre cæteris dcoro pacis tempore & diebus ſolemnibus ueſtes floridas dedicataſque induiſſet:ut Diodo.in multis locis de eo loquitur:unde. Tener bacchus ideſt delicatus. Vibraſſe.concuſſiſſe. Thyrſum:haſtam ferratam tecta cuſpide panpino.

Syrma Cum ideſt quando. Trahit ſyrma ſyro traho ueſtis eſt longa cum cauda mollis & muliebris. impero ibi dicit trahit:per terram ducit. Decorum pulchrum & ornatum auro:gradu parum forti ideſt paſſu molli & quaſi effœminato.poſt multa:non eſt mirandum ſi dei fecerint iſta: quia uirtus ſolet. Laxari:recreari. Poſt opera : poſt multos labores:ut fortior poſtea ſit ſicut etiam habemus de Scipione & Lelio qui calculos ocioſi in littore legerunt. Hoc euryti. Lycus irridet amphitrionem bene eſt uerum q iſto modo ſolet recreari Hercules ſponte laſciuiis ex natura ſua incumbit ſed labores non ſuſcipit niſi iuſſus & coactus: propterea id non eſſe laudabile : ut dicit Cicero honeſtum id tantum eſſe ſi ſponte fiat. Ipſius ex uoluntate & natura eius. Hæc opera: ideſt talia facinora. Pecorumque ritu . Quinquaginta teſpis erichthei athenienſis filias intelligit:quas Hercules una nocte ſtuprauit cum pater ad ſacra uocatus aſtu:uino nimio ingurgitatus iaceret:ex quibus quinquaginta liberos genuit qui teſpiade ſunt uocati:ex his duo thebis:ſeptem teſpiis manſere:aliqui duce iola in ſardiniam nauigarunt:ubi campeſtri loco coloniam duxerunt:ideo ibi dicit pecorum ritu ut bruta animalia miſcentur: ita hercules illas ſorores
uiolauit



uiolauit de quibus Ouidi.in epiſtolis.Nec tibi crimen erunt teuthantia turba ſorores quarum de populo nulla relicta tibi:teuthantia turba dicta eſt a teuthanto oppido actice. Non noſti omnia tu dicis iſta:ſed dic modo uirtutes ipſius Ipſius opus.Eryx butæ regis bebricinorum ex uenere filius : hic in ſicilia regnans & corporis uiribus præſtans legem hoſpitibus dedit:ut cum eo ceſtibus certarent:tandem ab hercule redeunte ex hiſpania uictus occubuit: & in ſũmo mõtis propinqui Drepano ſub quo in honorem matris ueneris conſtruxerat templum: ſepultus fuit: ex quo monti nomen Erycis datum eſt. Fractus uictus. Ceſtus Ceſtibus:ceſtus quartæ declinationis inſtrumentum quo paleſtritæ & pugiles utebantur: nihil enim aliud erat apd' uetuſtiſſimos q̃ lorum ex corio bubulo manibus circunuolutum: quo & ictum minus ipſi ſentirent & aduerſarium grauius ferirent:ut Va.flaccus. Aſpice & hæc crudis durata uolumine tauris.Sed poſtea huius loris hoc ẽ uoluminibus coriorum inſuere cepere magni põderis maſſas plumbeas:ferro etiam addito quibus inter ſe pugilem magno diſcrimine : immo certa morte dimicabãt: hii ſunt mẽorabilis ceſtus quos latini poetæ dumtaxat decantant:nam in græ. nihil legitur præter lora fuiſſe.

Ipſius opus eſt ceſtibus fractus ſuis
Eryx & eryci iunctu antheus libys ,
Et qui hoſpitali cæde manantes foci
Bibere iuſtum ſanguinem buſiridis:
Ipſius opus eſt uulneri & ferro obuius
Mortem coactus ante geryonem pati:
Nec unus una geryon uictus manu.
Eris inter iſtos:qui tamen nullo ſtupro
Leſere thalamos.

DAN. ❡Leo:donum puellæ in liberalibus hercules mutauit habitum cum iole quo deceptus faunus pede in uẽtrem in pacto ab hercule proiectus eſt omnibus ad lunæ lumina riſus erat. Fortem uocemus: inuidioſe lycus perſonam Herculis deformat per figuram quam appellat ερωτημα qua utimur cum interrogando aliquid acceruamus & exaggeramus eius inuidia ut ſeruat hic lycus per interrogationem iocos herculis exprobando:in quo etiam per διατυπωσιν ipſum habitum cum perſona deformat.Non erubeſcit qualitas uenialis in qua defendit factum exemplum defendit etiam per neceſſitatem quæ herculem ipſum coegit laborum tedia alicuius ioci ſuauitate compeſcere cum idem fecerit bacchus nam poſt multa uirtus opera .I.ſ.interdum deſipere eſt ſapere.

BER. ❡Magnæ quidem moles & non niſi fortiſſimis uiris tentatæ. Virgi. In medium geminos immani pondere cæſtus Proiecit:quibus acer eryx in prœlia ſuetus.Fere manum duroq; intendere brachia tergo.Obſtupuere animi tantorum ingentia ſeptem terga boum:plumbo inſuto:ferroq; rigebant:item Statius:ac dum nigrantia plũbo. Tegmina cruda boum nõ mollior ipſe lacertis induitur & ceſtus a cedo dicitur. Ceſtus etiam cingulum dicitur a uariis ceſariis hoc eſt inciſionibus quibus inſigniri cingula ſolebant: ſunt qui απο του κεντειν hoc a uariis punctis appellatum ceſton dicant centin enim pungere eſt. Quare admirabile ill d' ueneris cingulum a poetis celebratum:quo Venus Martem:& ab illa iuno mutuata Iouem ſibi conciliabãt: quotiens in pellices erant promores:ceſtum dixere. Martialis ſiue citherinaco medicatum nectere ceſton: Viſit amatorem baltheus iſte iouem Alibi idem poeta nondum acydalium uocat. Ludit acydalio ſed non manus aſpera nodo.Quem rapuit collo parue cupido tuo Antæus lybis. Hercu.cũ audiuiſſet Antæum terræ filium magno ac procero corpore in lybia eſſe apd' lixum oppidum Mauritaniæ eiſdem nominis ita uocatum:qui locus Antæi Regia dicitur robore ac fortitudine nemini cædentem ad deum domandum perrexit.Erat Antæus aſpectu terribili:habitabat in ſpelunca exeſas undique rupes habente & leonum carne ueſcebatur:cubile illi terra nullis herbis aut paleis :aut tergoribus ferarum ſtrata ſed ſimplex ac nuda.paleſtra omnes ſuperabat:quotiens membra labore defecta eſſent:tactu matris hoc eſt terræ recreabãtur: ac uires reſumebant.Erat uniuerſæ prouinciæ infeſtus & quocunq; terra aut mari eo aduentaſſe cognouiſſet: impie trucidabat.Cum eo igitur congreſſus Hercules: depoſitis ab ipſo cleonei:ab illo libici leonis tergoribus & unctis pro more paleſtræ:atq; harena ſparſi corporibus:feſſum tandem luctando : & quaſi ſemine Antæus eſſe Antæum terræ proſtrauit:ſed cum mox firmatis tactu terræ uiribus ſurrexiſſet & acrius quã ante certare uideretur ſtupefactus tanto robore hercules: rurſus illi brachia iniecit uerum Antæus non expectatis amplius hoſtis uiribus ſponte cadebat plus continue uirium ex ipſo caſu accipiens. Quare tandem intellecta.Standum eſt tibi o antæe inquit hercules Non ſterneris amplius: nec terræ ſed pectori noſtro fixus hærebis.Quæ cum dixiſſet iuuenem alte ſubleuatum ac telluri ſe ſternere conantem:arctiſſimo nexum uinculo intra ulnas ſuas expirare cœgit.Oui.ſæuoq; alimenta parentis Antæo eripui. Lybis iunctus. in morte: quia ſicut iterfecit erycem:ita Antæum:Et qui hoſpitali: Hercules buſirim ægypti regem neptuni & lybiæ filium qui oram omnem Nilo adiacentem latrociniis ĩfeſtabat:hoſpiteſq; euectos diis ſacrificabat.occidit & diis ſuis immolauit prouinciamq; omnem pacatam reddidit. Ouidius:ergo ego ſedantem peregrino tẽpla cruore:Buſirim domui. Foci:aræ deorum. Manantes fluentes. Cede hoſpitali:ſanguine hoſpitum. Bibere:biberunt. Iuſtum.ideſt merito effuſum. Ipſius Herculis. Et opus.eſt facinus de geryõe ſupra eſt dictum illum hercules interfecit ter quia habebat tria corpora:ille ueniebat obuius Herculi quando unum corpus erat interfectum.alia duo corpora ueniebant contra ipſum Herculem. Obuius ſcilicet geryon:ut dixi uulneri & ferro:coactus pati ideſt mori. Ante geryonem ante alium geryonem quia erat.Non unus ideſt triplex. Vna manu:ſcilicet herculis. Eris inter iſtos.o Lyce etiam tu eris ĩ numero

iſtorum etiam te interficiet hercules:& tanto crudelius quanto eum læſiſti, pluſque alii omnes. Læſere thalamos.ſ.ut tu. Quod ioui:lycus reſpondet ad ultimam partem nõ ad primam:o Amphitrio tu bene de diſti uxorem alcmenã ioui tu potes mihi dare etiam nurum tuam. Te magiſtro.i. per exemplum tuum. Viro probante.marito hercule. Meliorem. Nobilem:ex genere regali. Vmbre. Megæra audiens tremefacta in deſperationem acta ſibi omnia mala optat. O umbre o manes:& anima. Creontes patris mei. Et penates o lares. Labdaci:regis thebani hic fuit pollidori filii cadmi filius& frater alii. Et o fa/ces nuptiales:& o uos tædæ & faces quæ feruntur in nuptiis:tales eſtote mihi ad futuræ calamitatis cauſam ſi iungar lyco ut fuerunt in ſceleratis nuptis œdipode quando matrem locaſtam duxit uxorem. Oedipo de declinatur œdipus pi & œdipodes de. Imperii ſcelerati:nam patrem layum occidit. Solita fata ca/lamitates ſolitas accidere noſtro generi : ut ſupra diximus. Nunc nunc ferunt quinquaginta ex di uerſis uxoribus filiæ Danai filii beli: unde dicte ſunt belides:quas frater egyſtus cum parẽ nume/rum filiorũ haberet filiis ſuis in matrimõium col locare uolebat:ſed danaus oraculi reſponſo exter ritus:his prorſus aſſentire nolebat: nam reſponde rat Apollo danaum ipſum manibus unius ex filiis ægiſti quem generum haberet occidendum eſſe: ſed pene ad hæc matrimonia conficienda coactus filia: in hunc modum ſubornauit:ut cum ad uiro rum thalamos accederent: abſconſos gladios ſecũ deportarent:& uiros ſuos ea prima nocte interfice rent:quos utiq; omnes excepta minore natu hyper meſtra interfecerũt quæ lino uiro ſuo miſerta pe/percit a quo tractu temporis danaus ipſe trunca/tus eſt:de quibus iuuenalis in ſatyra Credo apud Occurrent tibi multæ belides. Cruente ſangui/nolente quæ maritos interfeciſtis. Infeſtæ ma nus. Sinecdoche ideſt habentes manus maculatas: & manus caſus accuſatiui:infectum tinctum:dici/mus aliquãdo non factum. Danais eſt patroni/micum filia danai ſcilicet hypermeſtra. Deeſt: quia ipſa uoluit interficere maritum. Explebo: complebo numerum : quia ſi adiuuabitis ego iter ficiam lycum qui uult eſſe maritus:& implebo nu merum illarum quinquaginta.

DAN. ¶Geryon regnauit geryones in herithrea maris gaditani inſula referente Plinio in quarto dicta,in ſula ab erythre rege tyriorum fuit filius fulguris: & tricephalus ut in theohõia canit Heſiodus χρυ/σαορ ἔτεκε τρικέφαλον γηρυονῆα. Oedipodæa Tumore pedum accepit nomẽ:omni οἶδμα tumor & πους pes dicitur de eius forte per ſybillam tra dita uidebimus fuſius in œdipo fabula. Inflecti tur œdipus:pi. Tranqllus in iulio & laudes her culis & tragœdia œdipi & œdipodes:de ut hic & œdipus œdipodis ut melampus teſte priſciano.

Ly. Quod ioui hoc regi licet
Ioui dediſti coniugem regi dabis
Et te magiſtro non nouũ hoc diſcet nurus
Etiam uiro probante Meliorem ſequi
Sin copulari pertinax tædis negat
Vel ex coacta nobilem partum feram
Me. Vmbræ creontis & pœnates labdaci
Et nuptiales impii œdipodæ faces
Nunc ſolita noſtro fata coniugio date,
Nunc nunc cruente regis ægypti nurus
Adeſt multo ſanguine infeſtæ manus;
Deeſt una numero danais explebo nephas.
Ly. Coniugia pˀuicax noſtra qm̃ abnuis
Regemq; terres:ſceptra qd poſſint ſcies
Complectere aras nullus eripiet deus
Te mihi:nec orbe ſi remolito queat:
Ad ſupera uictor numina alcides uehi
Congerite ſiluas:templa ſupplicibus ſuis
Iniecta flagrent coniugem & totum gregem
Conſumat unus igne ſubiecto rogus.
Am. Hoc munus a te genitor alcide peto
Rogareq; me deceat ut primus cadam
Ly. Qui morte cũctos luere ſuppliciũ iubet:
Neſcit tyrannus eſſe diuerſa irroga.
Miſerum uita perire:fœlicem iube:
Ego dum cremãdis trabibus accreſcit rogus

BER. ¶Coniugia:indignatus Lycus dicit credis ne megæra obſtinata tuis uerbis me terrere : faciam experiaris quod ego poſſim & ſeruis imperat:ut parent rogum ad cremandum ipſam & filios. Congerite.ſcilicet o famuli. Flagrent ardeant. Suis ſupplicibus iſtis ſupplicantibus. Hoc lyce poſtquam tantopere ſæui/reuis præcor ꝙ primum me facias mori. Genitor ego pater herculis. Qui morte: o Amphitrio neſcis quod ille qui omnes interficere uult neſcit eſſe tyrannus:ideſt exercere crudelitatem: ſed qui uolunt eſſe tyranni aliquos qui uellent mori:& grata illis eſſet mors dimittant uiuere in miſeria:qui uellent uiuere il/los interficiunt. Luere ſuſtinere:interdum dicitur purgare:ut peccatum luere. Irroga tribue: Rogus congeles lignorum:interea dum iſti parabunt rogum ad comburendum iſtos ipſe ibo ſacrificatum neptu/no:ut ſibi uouerem pro uictoria creontis & interim dum iuiſſet ad ſacrificium Lycus & Amphytrio præ/caretur deos ſubito hercules ab inferis rediit. Vis mu. ſumma potentia deorum: ideſt qui es potẽtiſſimus deorum. Compeſce:comprime. Feri in humani. Quod ad quid Audi nate o Hercu.& dum dicit iſta ſentit terram tremere:& dicit hic eſt hercules. Templa intelligendum eſt eos tunc fuiſſe in templo. La bant tremunt. Mugit ſonat. Solum terra. Eragor ſtrepitus ueniens ab imo terræ. Audimur ſcilicet ab her cule. En ecce eſt ſtrepitus greſſus herculis.



BER. ¶Fortuna:chorus inducitur:qui materiam præcedentis actus habet & compatitur & miſeretur: & uocat herculem ut redeat ad alios & monſtrat illi facile eẽ qui ſuperauit tot ardua: & hic uer ſus eſt coriambicus. O for.ſpondeus. Tu na uiris coriambus inuida for.coriambus Tibus pir/richus:duæ breues:& ſic habet quattuor pedes:primum ſpõdeum:duos coriambos: ultimum pirrichium:alii ſcandunt tanquam penthametrum per ceſſuram & ſi in fine haberet unam ſyllabam:eſſet integer uerſus penthameter:o fortuna uiris iuida fortibus. Conqueritur chorus de fortuna quod Lyco ſce lerato & euryſtheo tyranno faueat: & herculem op/primat. O for.a ferendo dicta eſt:quod temere & ſine ratione feratur: eſt enim fortuna accidentiũ ſu/bitus atq; iopinatus euentus:hæc a ueteribus dea cre dita ẽ a quibuſdam etiam deus uariis caſibus huma na deludens:& propterea cœca exiſtimata. Iu. te faci mus fortunam deam: cœloq; locamus. Inuida: ab in quod eſt ualde & uideo iuidere proprie eſt ex ali/cuius rebus ſecũdis dolore affici:quod minus intue mur forma illius ꝺ cuius fœlicitate ſumus ſolliciti. Inuidus dr̃ qui actu iuidet alicui:inuidioſus q mor/bo inuidentiæ laborat. Ouidi. Tempus edax rerum: tuq; inuidioſa uetuſtas omnia deſtruis interdum in/uidioſus paſſiue capitur pro eo cui habetur iuidia. Ouidius pactolonq; petit quãquam non aureus il/lo tempore nec caris erat iuidioſus harenis. Inuidia aliquando pro odio capitur. Terentius:ut facile ſi/ne inuidia audem iuenias. Euriſtheus qui imperat herculi. Facili ocio quiete ſine labore:eius cõtra rium eſt difficile quod ſine labore fieri nõ poteſt dif ficiles terras uocat. Virgi. Quæ non ſine difficultate ferunt fructum. Difficiles primum terræ colleſq; ma ligni:facilis item ſignificat ꝙ eſt exorabilis. Virg. Fa/ciles uenerare napeas:item humanas. ut Cice. facili in genio præditus contrarium difficiles appellamus qui omnia ſuo modo uolunt fieri : nec unquam poſſunt contentari:ut Cic. in Catone. Difficiles ſenes appella uit. Exagitet defatiget & exerceat. Serpentis:dicta eſt ſupra hæc hiſto. de pomis heſperidum : unde re petenda non uidetur. Mala.i. poma illa aurea. So roribus heſperidibus.

Facile

Sacro regentem maria notiuo rogem:
Am. proh numinũ uis ſũma ꝓh cœleſtiũ
Rector parenſq; cuius excuſſit tremunt
Humana tælis impiam regis feri
Compeſce dextram:qd deos fruſtra ꝑcor.
Vbicunq; es audi nate cur ſubito labant
Agitata motu templa. cur mugit ſolum
Infernus imo ſonuit e fundo fragor:
Budimur:en ſonitus herculei gradus.

Chorus loquitur.

O Fortuna uiris inuida fortibus
Quã nõ æq̃ bonis præmia diuidit
Euryſtheus facili regnat in ocio
Alcmena genitus bella pro omnia
Monſtris exagitet cœli feram manum
Deceptis referat mala ſororibus
Cum ſomno dederit peruigiles genas
Pomis diuitibus præpoſitus draco
Intrauit ſcythiæ multiuagas domos
Et gentes patriis ſedibus hoſpites.
Calcauitq; freti terga rigentia

DAN. ¶Supplicibus:qui præcatur plicatur & genibus & toto pectore portenſis manibus hæc fuit ueterum con/ſuetudo inde ſupplicio:ſupplex ſupplicium quod capitur teſte honorato:pro ſupplicatione. Saluſtius in ſuppliciis deorum magnifici:idem non uotis neque ſuppliciis mulieribus deorum auxilia parantur ſed ui gilando bene agendo proſpere omnia cedunt. O fortuna uulgaris eſt quærimonia de iniquitate fortu/næ quæ in humanis dominatur in quam ſententiam pulchre cadit phalaris ſcribens ad lacritum. ατυχει γαρ ανθρωπων το πλειστον ουχ αιγνωπαικρατουσιν enim chorus herculis reditũ a dite ut quos fortuna fo/uet iniuſte ipſe fortiter uincat & deprimat: Carmen eſt alcaicum antipaſticum brachicatalecticum ut pla cet nonnullis mihi non placet:eſt enim coriambicum. Euriſtheus loquitur ſtomachoſe & per amaram con ceſſionem probare uidetur quod maxime negare contendit ſeruiant boni regnent mali laborent iuſti ini/qui ſedeant referat mala pro auferat mala heſperidibus hercules monitu themidos pomarium athlantis depopulatus eſt & tulit argolico fulgentia poma tyranno. ara conſecrata fuit poſtea herculi eo in loco in rei memoriam ſempiternam ut meminit capella.

BER. ¶Genas quando draco cœpit dormire gena eſt pellicula quæ tegit oculũ:aliquando dicitur maxilla:ut Virgi. cum tenet obſeſſa inuida barba genas. Intrauit ſimiliter dictum eſt ſupra de amazonibus quas her cules deuicit. Multiuagas domos dixit:quia ſarmathe ipſi utũtur plauſtris pro domibus:ideo etiam ad/dit. Patris ſedibus hoſpitas:quia ubi ſunt una die non ſunt alia licet in patria ſua:tamen uidentur ſemper hoſpites. Rigentia:gelata Tacitum ſine ſtrepitu fluctuum:cum ſit mare glaciatum. Dura congelata. Plena intenſa propter uentos. Semita uia. Teritur tranſeundo. Sarmatis:populi ſunt ſcythiæ a græ/cis ſauromathe dicuntur nomina diuerſa habet utuntur plauſtris pro domibus & ſanguinem equinum la/cte mixtum potant & ut ait Florus in.iiii. nihil præter niues raraſq; ſiluas habent: quibus eſt tanta barbaries ut pacẽ non intelligant ideo per lentulum hos prohibere Danubio ſatis Auguſto fuit. Intonſis barbatis & longos capillos hñtibus. Annuis qa hyeme congelat̃ æſtate nauigat̃. Gentibus amazonibus. Viduis ſine uiris. Peltã: ſcutum. Suſpiciens uenerans.ſ. regina antiopa uel ut alii hyppolite. Victorẽ her. Po ſito flexo ad terram. Qua ſpe uertit ſermonẽ ad herculem O alcide cũ penetraueris tot loca difficilia:& i de uictor ſemp rediuiſti:habuiſti fiduciam ire ad iferos & poſſe reuerti. Irremeabile : p quas nemo põt

redire. Actus ductus. Præcipites iacentes in loco præcipiti:& infimo quia infernus eſt in cētro terræ. Regna proſerpinæ.i.in infernum. Sicule:quæ fuit rapta a plutone in ſicilia. Illic qua ſpe iuiſti huc o hercules non ſunt illic uenti qui poſſint te ducere ad ſuperos illic apud inferos. Notus ſine aſpiratione latie auſter dicitur uentus pluuialis a meridie. Oui. Pluuioq; madeſcit ab auſtro. Fauonio uento qui dicit̃ zephirus a zoi qđ eſt uita quia flat uere:& dat uitā arboribus & plantis eo modo & dr̃ latine fauonius a fauendo Tyndarid e filii tyndari.ſ.caſtor & pollux nati de Læda & ioue. Geminū genus eſt appoſitio nati eodē partu:traducti ſunt iſti duo fratres i cœlū & in zodiaco locati in ſignum quod uocantur gemini : & id dicebatur nautas iuuare apparebant flammæ in cœlo:& eas dicebāt eſſe caſtorem & pollucem ideo hercules uadis ad inferos: ubi non poſſunt apparere tibi illi fratres Languidum: non fluctuans ſic Vir. ſtat pigra palus: ſtat non mouetur. Auidis quia nunq̄ ſatiatur. Manibus ad manes ad inferos. Vno remige:uno nauta charonte de quo plura diximus in.yi. æn. Euincas uertit ſe chorus ad præces utinā poſſis redire hercule & frangere leges inferoꝝ quibus nullus poteſt redire:ut Ora.in odis. Cum ſemel occideris & de te ſplendida minos fecerit arbitria nō te torquat e genus non te reſtituet pietas. Stygis paludis inferni:Feræ crudelis:& inexorabilis. Colos parcarū ſtamina parcarum:quæ uitam noſtram regunt ut ſupra dictum eſt. Non remeabiles irreuocabiles. Hic qui rex:hercules in ultionem epyrorum aduerſus pylios profectus undecim filios Nelei occidit: totamq; eius domū & patriam euertit Neſtore ſolo ſuperſtite:unde apud Oui. Bis ſex Neleidæ fuimus cōſpecta iuuentus. Bis ſex Herculeis ciciderunt me minus imo. Viribus Neleus neptuni fuit filius ex tyro nympha filia Salmōei regis ex qua peliam quoq; huius nelei fratrem natu grandiorem genuit ſed Neleus cum a pelic fratre e theſalia pelleretur. Pilum in laconia ædificauit hæc urbs ātiqua pylos dicebatur ſed ea dirupta:cum aliquādiu cultoribus uacua fuiſſet: Secūdo ab athenienſibus ædificata eſt quo tempore cum Eurymedonte:& ſtratoclei in ſicilia nauigabāt ut aduerſus lacedæmonios murum interponerēt. Ab hac urbe Neſtor Pylius dictus eſt Ouidi. crede mihi Pylio Neſtore maior ero. Vnde ibi Seneca Neſtoreā Pylon dicit Hic qui rex dicitur Pluto in eo bello Pylō uenisse ad auxilium:& cum Hercule conſeruiſſe manus & ab eo uictus:ideo dicit. O Hercules hic rex qui eſt apud inferos iam ſemel fuit a te ſuperatus apđ Pylon. Poteris ēt rurſus ap̄ inferos ipſum ſuperare & frangere eius carceres:& ſi orpheus potuit ipſum cātu ſuo uincere ut ſibi redderet uxorem eurydicen tu uiribus tuis eundem ſuperabis. Populis pluribus; quia apud inferos ſunt tot populi.

DAN. ℭ Intonſis Sarmatis ſarmatæ ultra boryſtenem amnem longe colunt diebus tertiis ſemper capiunt cibū medio abſtinent in ſarmatia habitāt ſcythe qui nūc beemii uocitantur quando in eadem regiōem antea fuerant beemii germani & locus beemium appellatur in ſcythia & ſarmathia pauciſſimæ ſunt urbes uillæ innumere Scythe comedunt carnes nominantur ϭϱϐϱοπωφατο. meminit Gellius. Hic qui rerum:non immorabor in hac hiſtoria quippe illam homerus pleniſſime deſcribit in.iii.iliados illic require.

BER. ℭ Conſeruit manus tecum pugnauit. Dominus pluto. Fatum mortem: aperias uiam inferis:ut poſſit illud lux introduci. Proſpectus uiſio. Inuius per quem non poſſunt redire fac uiam ut oēs queant abire. Pateat aptus ſit. Immites orpheus fuit poeta thracius. Oeagri fluuii filius. Alii dicūt Apollinis fuiſſe filium ex muſa calliopæ:hic teſte Diodoro ſiculo lib.y. doctrina melodia ac poeſi exceſſit oēs quoꝝ extet memoria:idē cytharā ab apollie patre accepiſſe dr̃ quā nup ad ſimilitudinē teſtudinis Mercuri. cōfecerat: & Apol. donauerat cuius modulatu & dulcedine nō ſolū hoies:ſed lapides & ſiluas i numeꝝ ſemotare cogebat. teſte Oui.iii. de arte. Saxa feraſq; lyra mouit rhodopeius orphe. Tartareoſq; lacus trigeminūq; canē. Nam mortua Eurydice uxore ad inferos pergens eos ualuit cythara ad cōmiſerationem deflectere: ita ut uxorem ſibi reſtituerant. Tetrica:ſeuera. Excutiunt:diligenter examinant. Veteres reos peccatores i ueteratos in malis dum uiuerent. Nurus threi:intelligendum eſt illas mulieres eſſe apud inferos. Iuridici:iudices inferorum quaſi dicentes iura qui ſunt tres apud inferos æacus. Rhadamanthus & minos. Sedent.ſ.pro tribunali:more iudicum. Flentes: quia mouebantur ad miſericordiam. Tandem poſt multas præces. Arbiter mortis:pluto rex inferni. Ait uincimur.ſ.cātu tuo orpheu. Data lege: facta conditione. Tu poſt:iſta conditio clara dies:q̄ eſt apud nos:ſed in inferno. Obtulerit: oſtēderit. Deos: lucentia ſydera. Ianua tenari:mons eſt apđ lacædemonios in quo ſpelunca erat: unde exhibat teterrimus fetor:propterea ibi dixerunt eſſe ingreſſum ad inferos:ſicut auernus in italia. Spartani:lacedæmonii:ſpartha lacedæmon etiam dicitur. Odit ſcilicet moras. Verus amor orphei qui non potuit ſeipſum tenere a complexu eurydices: dōec exiſſent infernum. Nec patitur moras:non poteſt tantū expectare. Munus.i. eurydicem datam ſibi ab inferis pro munere. Quæ uincit:cōcludit ergo quod orpheus potuit uincere cantu:hercules uero uiribus.

Orpheus

Et multis tacitum littoribus mare
Illic dura carent æquora fluctibus
Et qua plena rates carbaſa tenderant:
Intonſis teritur ſemita ſarmatis:
Stet pontus uiuibus mobilis annus
Nauem nunc facilis nunc equitem pati
Illic quæ uiduis gentibus imperat
Aurato religans ilia balteo
Detraxit ſpolium nobile corpori
Et peltam. & niuei uincula pectoris
Victorem poſito ſuſpiciens genu:
Qua ſpe præcipites actus ad inferos
Audax ire uias irremeabiles.
Vidiſti ſiculæ regna proſerpinæ:
Illic nulla noto nulla fauonio
Conſurgunt tumidis fluctibus æquora
Non illic geminum tyndaridæ genus
Succurrunt timidis ſidera nauibus.
Sat nigro pelagꝰ gurgite languidum
Et mors cum auidis pallida dentibus
Gentes innumeras manibus intulit
Suo tot populi remige tranſeunt
Euincas utinam iura feræ ſtygis
Parcarumq; colos non remeabiles
Hic qui rex populis pluribus imperat
Bello cum peteret neſtoriam phylon:
Tecum conſeruit peſtiferas manus.
Telum tergemina cuſpide præferens
Effugit tenui uulnere ſaucius
Et mortis dominus pertimuit mori
Fatum rumpe manu:triſtis & inferis
Proſpectus pateat lucis:& inuius
Limes det faciles ad ſuperos uias
Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos: & præce ſupplici
Orpheus eurydicen dum recipit ſuam
Quæ ſiluas & aues:ſaxaq; traxerat
Ars quæ præbuerat fluminibus moras
Ad cuius ſonitum conſtiterant fere
Mulcet non ſolitis uocibus inferos
Et ſurdis reſonat clarius in locis
Deflent & lachrymis difficiles dei.
Qui fronte nimis crimina tetrica
Quærunt ac ueteres excutiunt reos
Deflent eurydicen threicæ nurus
Flentes eurydicen iuridici ſedent
Tandem mortis ait uincimur arbiter
Euade ad ſuperos lege tamen data
Tu poſt terga tui perge uiri comes
Tu non ante tuam reſpice coniugem
Quam cum clara deos obtulerit dies
Spartaniq; ederit ianua tænari
Odit uerus amor nec patitur moras:
Munus:dum properat cernere perdidit:
Quæ uinci potuit regia cantibus
Hæc uinci poterit regia uiribus.

Actus tertius. Hercules loquitur.

O Lucis alme rector & cœli decꝰ
Qui alterno curſu ſpacia flāmifero
Illuſtre letis exeris terris caput
Da phœbe ueniam:ſiqđ illicitū tui ambiēs
Videre uultus:iuſſus in lucem extulit
Secreta mūdi:tu quoq; cœleſtium arbiter
Parenſq; uiſus fulmine oppoſito tege.
Et tu ſecundo maria qui ſceptro regis
Imas pete undas quiſquis ex alto aſpicit
Terrena facie metuens pollui noua
Aciem reflectat:oraq; in cœlum erigat
Portenta fugiens:hoc nefas cernant duo
Qui aduexit & quæ iuſſit in pœnas meas
Atq; in labores non ſatis terre patent
Iunonis odio:uidi inacceſſa omnibus
Ignota phœbo:quæq; deterior polus

DAN. O Lucis rector:hoc eſt principium tertii actus ubi rediens hercules ab inferis trahens ſecum cerberum excuſat apud ſuperos ſe ſe ſi ducat tale monſtrum ante oculos eorum miraturque quod omnia ſint militibus plena. O alme rector:o ſol qui primus omnia uides. Alterna ſpacia in utrunq; hemiſperium. Alterna modo unum:modo aliud hemiſperium petis. Ambiens circūiens. Flammifero igneo. Exeris eleuas. Caput illuſtræ clarum & illuſtras omnia. Iuſſus infert culpam in euryſteum qui id iuſſerat. Secreta:quæ apud inferos ſecreta erant. Tuq; arbiter.ſ.iuppiter. Et tu ſe.ſ.o neptūne. Imas pe.un. uade in profūdum maris ne uideas hic monſtra. Quiſquis:& qſ quis es in cœlis auerte faciem. Metuens pol. maculari. Noua fa. inuſitato monſtro cerbero habente tria capita ſerpentibus plena loco pilorum. Reflectat. Aciem oculos duos:ego & iuno cuius iuſſu id feci. Patent: non ſatis ſunt latæ terræ. Immites potuit: argumentum a pari ut orpheo diis genito regreſſus patuit ab inferis itidem Hercu. & ipſi iouis filio detur ad ſuperos reditio orpheus peperit Calliope æagrio anni apud pipleida ſpeluncam in thracia grauiſſimam muſis ut meminit Appollonius Alexādrinus in principio argonauticon καλλιοπηϭ κοπιϭ ηϭ πιμπληιδοϭ αγχι τετεϑαι; hunc ſequebantur canentem cheli petræ flumina mōtanæ fagi catadromandi cātus dulcedine & cōiugem impetrauit & reditum ab inferis. O lucis incipit tertius actus Herculis furentis cuius initium iambico trimetro ꝑ parte hypercatalectico cōſtat & præces herculis cum cerbero cunctis a ſtyge præſefert ad ſolem:quoniam ut ingt naſo uidet hoc deus oia prius tartareis tenebris offendi poterat petit ueniam alcides. O lucis alme &c. cauſa lucis eſt ſol. Aciem:acies omonymum ē gladii exercitus & oculi ab acumine dita acies & aceris ſecuris ære in manu ſacerdotis in ueteri ſacificio.

BER. ℭ Odio datiui caſus. iunōis quæ me miſit ad omnia monſtra q̄ ſunt in terris ſed illud ſatis nō fuit me ad inferos miſiſſe ut ducerē cerbeꝝ duxi qđ mō reſtat. In acceſſa ad q̄ nullus igredit̃. Ignota phœ. ad quæ ſol nunq̄ intrat. Deterior polus.ſ. antarcticus q̄ nō uꝫ ut in ſphœra demonſtrat̃. Cōceſſit ꝑ ſort

Diro ioui.i.crudeli plutoni. Terræ ſortis loca.idest infernus prima ſors fuit ioui cœlum:ſecunda ne ptuno mare:tertia pluto.infernus.Morte cõtēpta contempto loco mortis. Ceſſare: qeſcere o iuno eſt ne aliud qđ mihi impes. Quid uinci.ſ.a me:ſed tēpla dat locū ſeqñti ſcenæ dū dicebat iſta her.uidit tēpla circūdata militibus & rogū paratū.Infeſtus inimicus:& inqetās dicit̃. Tenet obſidet. Limē: ianuā tēpli.

D AN.

Trum ne.Reuerſus hercules ab inferis erat & cum a longe uidens Amphitrio tātū lœtatus eſt ut uix poſſet credere eum eſſe ue⁊ herculem.Qui cū appropinquaſſ̃et uidens patrē ita ſqualidū: & uxorem uelatam & prætermiſſa ſalutatione petiuit qđ ita meſti eſſent:Amphitrio reſpondet Lycum regnum occupaſſe:& creontē & filios occidiſſe & mortem Megæræ & eius filiis parare: Hercules miratus tantam iniquitatem receſſit ut ad interficiēdum lycum:qui iuerat ſacrificatum neptū no.Remanſit Theſeus cum Amphitrione & Megæra quibus narrauit quicquid egerat hercules apud infe ros:deſcribendo uiam & ſitum inferni. Vota deſi derium meum. Triſti nubilo: quia ibi eſt perpe tua nox. Lœticia ſtupent:quaſi inſenſatæ ſunt pro pter lœticiam:nam ſtupor eſt quædam alienatio ſen ſuum:quod.ſ.ſenſus conſtipentur. Sera tarda: quia iam erat regnum perditum & rex interemptus. To roſgrandes muſculos brachiorum. Alto trunco.i. claua ingenti. Vnde quæ cauſa iſte ſqualor.i.incul tus ueſtrum dixerunt ueteres ſquallere quicquid ni mis incultum:obſitum q; erat:ita ut uideretur hor rorem icuteret:a ſquamarum crebritate & aſperitate deductum. Amicta:uelata. Vnde qua cauſa. Na ti obſiſti.inculti.Fœdo tetro. Pedore: pedor ſignifi cat omnem immunditiā in homine.Lucanus longuſ q; in carcere pedor:& Cicero. Barba pedor horrida: unde peditoſum dicimus quod mali odoris eſt Var ro de re ruſtica.Solidata terra pauita : maxime ſi eſt argilla:nec ſitu peditoſa eius gratia oblitteſcant.Hinc etiam pedo uerbum:quod eſt crepitum uētris emit to quod ut facere in conuiuio liceret;edicto claudius princeps ſtatuit:quod quēdam periclitatum præ pu dore ex continentia reppererat. Fœdo pedore igit̃ turpi illuuie. Socer:reſpōdet Amphitrio pater uxo ris tuæ eſt interemptus. Lœto petit.i.uult interfice re.lœtum mors dicit̃ a leo.i.deſtruo : quia mors om nia deſtruit. Tero conſumo. Quæſtu lamenta tione. Mactetur:interficiatur & eſt uerbum ſacrifi cantium & mactæ uictimæ dicuntur. Ad hauriendū ad interficiendum lycum:non debet uirtus & fortitu do herculis pati hanc infamiam. Feror:uado tecū o hercules. Ingruat eueniat ſed proprie ingruere eſt hoſtem prudenter inſequi:ſumptum a gruibus quæ ordine quodam facto uolant. Vir. Ingruit æneas. Di ro ioui.i.infero ioui:quia eſt mitis in cœlo iuppiter: ſicut inferna iuno ad differētiam cœleſtis dicitur io uis declinatio uetus eſt:nã iuppiter eliſis Iſis fit integrū ė iouis pater ſicut marſpiter & dieſpiter itē dioũs di ctus eſt & lucetius ab Ennio in libris belli punici : qa nos luce iuuet per contrarium ergo ipſe pluto dirus eſt:quia caret luce cuius carentia torquentur animæ in regno ipſius dirus ꝓprie eſt infeſtus a deorū ira a quo nomine tractum eſt diruncio uerbum aſoletū qđ eſt ſeiicio quod dirum eſt. Vtrum ne carmen trimetrum iambicum colloquuntur Amphy.Herc.The ſeus:& bifariam diuiditur iſta cõfabulatio: prima eſt ultro accepta de lyco & ſuis:ſecunda eſt inquiſitio p amphitrionem de inferno:prim͂um ſtupet amphytrion inopinum herculis reditum.Theſeu reſiſte admo net theſea:hercules caueat a ceruicibus amicitia herculis & theſei cœpit exordium a pugna lapitharum & centaurorum cum lapithis opem ferret theſeus auctor eſt herodotus poſtea cœpit incrementum in certa mine amazonum ubi donatus fuit anthiopa Theſeus quemadmodum ſcriptum reliquit andron halicar naſſeus:illđ etiam traditur quod cum theſeus præcibus herculis e manibus adonei molloſſorum regis ere ptus eſſet a quo in carcerem coniectus fuerat q uoluiſſet filiam rapere pyrrithoo iam a canibus lacerato reuerſus athenas inſtituit oīa templa her.dedicari quatuor tm̃ reſeruatis hæc ſat de amicitia her.& theſei.

Obſcura diro ſpatia conceſſit ioui
Et ſi placerent tertiæ ſortis loca
Regnare potui:noctis æternæ chaos
Et nocte quidem grauius & triſtes deos
Et fata uici:morte contempta redii
Quid reſtat aliud:uidi & oſtēdi inferos
Nã ſi quid ultra eſt tam diu pateris manus
Ceſſare noſtras:iuno quid uinci iubes
Sed templa quare miles infeſtus tenet
Limēq; ſacrum terror amorum obſidet.

Amphitrio hercules theſeus. am.loqt̃.

Trū ne uiſus uota decipiūt meos
An ille dõitor orbis grauiū decus
Triſti ſilētem nubilo aliqđ domū
Eſt ne iſte natus.membra lætīcia ſtupent.
O nate certa:& ſera thebarum ſalus
Verum ne certio corpus an fallor
Deceptus;umbra tu ne es agnoſco toros
Humeroſq; & alto nobilē trunco manū.
Her.unde iſte gēitor ſqualor:& lugubrib⁹
Amicta coniunx.unde tam fœdo obſiti
Pedore nati.quæ dñm clades grauat
Am. Socer ē pempt⁹ regna poſſidet lycus
Natos parentem coniugem leto petit:
Her.In grata tell⁹. nemo ad herculeꝭ dom⁹
Auxilia uenit:uidit hoc tantum nefas
Defenſus orbis.cur idem queſtu tero
Mactet̃ hoſtis. The. hãc ferat uirtus notã.
Fiatq; ſummus hoſtis alcide lycus
Ad auriēdū ſanguinē inimicū feror. (at.
Her.Theſeu reſiſte,ne q̃ uis ſubita ingru



¶Differt uertit ſe modo hercules ad patrem dicens:ſcio pater qđ me uelles cõplecti: ſed expecta dõec re diero & interfecero lycū ſceleratū. Diti plutoni. Flebilē:diſceſſerat hercules:& theſeus q remãſerat con ſolat̃ amphitrionē & megerã rogatuſq; magnanimi Her.facinora explicat:q apud inferos geſſit. Regina megæra. Fuga:remoue. Vultū flebilē:triſtitiã faciei.Et tu amphitrio. Memorare.petiuerat Amphi trio a theſeo ut ſeriē facto⁊ her.& qualis uia eſſet ad inferos;explicaret:rñdet ibi theſeus qđ tanta eſt horri bilitas infero⁊:qđ q audiret timeret tanto magis q uideret. Vix poſſum adhuc credere qđ ſum ap̄ uos & in luce ſolis. Auræ uitalis regionis huius in qua ui uimus & capimus auras.Vir. Si uescit̃ aura æthera. Torpet illi qui diu fuerunt in tenebris uix pñt to lerare lumen. Acies:uiſus. Hebetes qñcūq; ſenſus depdit̃ ut hebes uiſus hebes īgeniū: nõ acutū : ita qñ gladius nõ incidit hebetē dicimus. Diē lucē. Perui ce:O theſeu noli timer̃ dicito audacter. Alto pecto re magno aīo. Frauda noli te priuare. Fructu lab. gloria qa eſt iocūdū narrare ea q̄ euiciſti magno labo re. Fas oē.the.uolēs narrare geſta her.ap̄ inferos & ſe creta inferni:petit ueniã primo a diis īferis: ut liceat illa dicere. Fas oē:oē diuinū.ad deos.n. refert̃ fas ſicut iuſtū ad hoīes.Vir.fas & iura ſinunt.i. diuina & humana iura pmittunt. Dñantē.ſ. pluto. Regno ca paci;inferno q capit oēs.Sic Ora.i odis: Capit oēs do mus exilis plutonia.Teq; o ꝓſerpina. Quã mater ce res. Irrita q̄ fruſtra q̄ſiuit. Aetna mõte ſiciliæ ubi ra pta fuiſti a plut.Abdita & opta.ſecreta. Spartana:i cipit oñdere uiã ad inferos. Spartana laconica ut ſu pradicta. Attollit:eleuat. Iugū mõtē. Vbi tenarus ipſe mons. Premit:obūbrat. Aequor:mare qđ īfe rius eſt p̄mit̃ a ſupiori. Hic in tenaro. Soluit apit. Ora:ianuã. Ditis:plu. Inuicti: inſupabilis qa de us eſt mortis cui ſunt oēs ſubiecti.Sic Ora. oībus una manet mors & ſemel calcanda uia lœti. Hiat apit̃. Alta ꝓfunda. Latū ut dicit Aure.lata eſt uia q̄ du cit ad pditionē. Nitor ſplēdor. Tenuis;paucus & đ bilis. A tergo qa relinqs a tergo lucē: eūdo ad tene bras inferni. Cãdit qa locus ille ſtat in cadēdo & in deſcenſu:ubi uř ꝙ ſol obſcuret̃. Solis afflicti:quaſi extincti p tenebras. Ludit aciē decipit uiſū qa uř ut uideas:& tñ nõ bñ potes uidere.Sic Vir.aut uidit:aut uidiſſe putat p nubila lunã & deſcri.lucē illã p cõpa tionē:eſt talis illa lux qualis eſt crepuſculi qñ ſūmo mãe,adhuc nõ clara lux nec eſt nox. Prius;priaps di ei hoc ē crepuſculū. Serus ueſprinus: qñ nõdū ē ob ſcura nox.hic qñ magis intras fit ãplitudo cãpi. Va cuis:p paias q̃ nõ occupãt:interdū locus ubi nihil eſt aliqñ ita ãplius ut nõ uideat̃ poſſe impleri uacuus ali qñ ocioſus dř:ut oui.uacuæ carmīe mētis opus aliqñ locus nõ poſſeſſus:ut Ci.q quõdã i n uacua uenerūt. Laxant̃.ãpliant̃. In q̄.ſ.ſpacia oēs deſcēdūt ſic ꝓp tius. Tardius aut citius ſedē ꝓperamus ad unã. Nec ire labor.ſ.Vir.facilis deſcenſus auerni:Nocteſq; di eſq; patet atri iãua ditis. Deducit:deorſū ducit. Vt pupes:p cõpationē dicit nauis q̄.ſi. fluctu ducit̃ cito ¶Memorare piget theſea reperer̃ q̄ uiderit (currit. q̄ egerit ap̄ iferos cū ſuo magno diſcrie cū uix recep tus adhuc ſupos ſētiat tartareæ caligis grauedinē:ſic æne.ap̄ dido iuitus ꝓœmiat̃ ifãdū regia iubes &c.& ap̄ Hone⁊ achillis umbra ad Vly. πηδη μοδαιατον γε παραυδλα δαιδλι μοδλυσσευ.Nobile iu.tænarus ī la conia ꝓmõtoriū iuxta maleã cū p̄cipiti uoragine cre dit uulgus patere deſcēſū ad īferos,p illđ p̄cipitiū a

BER.

Me bella poſcunt differ amplexus parens
Coniunxq; differ:nunciet diti lycus
Me iã rediſſe. The. Flebilã ex oculis fuga
Regina uultum:tuq; nato ſoſpite
Lacrimas cadētes repries:ſi noui herculē
Lycus creonti debitas pœnas dabit
Lentū eſt dabit: dat hoc quoq; lētū : dedit
Am. Votū ſecundet qui põt noſtrū deus
Rebuſq; laſſis adſit. O magni comes
Magnamine nati pande uirtutū honorem
Quã longa mœſtos ducat ad manes uia
Vt uincula tulerit dura tartareus canis
Th. Memorare cogis acta ſecuræ quoq;
Horrenda menti:uix adhuc certa eſt fides
Vitalis auræ torpet acies luminum
Hebeteſq; uiſus uix diem inſuetum ferūt.
Am. Peruince theſeu quicqd alto pectore
Remanet pauoris:neue te fructu optimo
Frauda laborum:quod fuit durum pati
Meminiſſe dulce eſt : fare caſus horridos.
The. Fas omne mūdi: teq; dñantē præcor
Regno capaci:que quam tota irrita
Quæſiuit ætna mater ut iura abdita
Et operta terris liceat impune eloqui.
Spartana tellus nobile attollit iugum
Denſis ubi æquor tænarus ſiluis præmit
Hic ora ſoluit ditis inuicti domus
Hiatq; rupes alta & immenſo ſpecu
Ingens uorago faucibus uaſtis patet
Latumq; pandit omnibus populis iter.
Non cœca tenebris incipit primo uia.
Tenuis relictæ lucis a tergo nitor
Fulgorq; dubius ſolis afflicti cadit:
Et ludit aciem.tale non dubie ſolet
Præbere lumen primus aut ſerus dies:
Hinc ampla uacuis ſpacia laxantur locis
In quæ omne merſum peat humanū gen⁹
Nec ire labor eſt.ipſa deducit uia
Vt ſæpe puppes æſtus inuitas recipit.

Fas iuſtū

DAN.

téaro dr̃ ēt oppidū tena⁊ celeber ſimulacro ariõis iſidētis dorſo delphini ex ære cori.qđ qdē ſimulacrū i ſtituit piander res i gřiã egregii citharœdi ſm téari fauces,iter ad tarta⁊ mõſtrãtes dſcri.,Pa.& M.elegãter,

Sic pronus aer urget: atq; auidum chaos
Gradumq; retro flectere haud unq̄ ſinunt
Vmbre tenaces intus immenſo ſinu
Placido quieta labitur lethe uado.
Demitq; curas neue remeandi amplius
Pateat facultas: flexibus multas grauem
Inuoluit amnem: Qualis incerta uagus
Meander unda ludit: & cædit ſibi.
Inſtatq; dubius littus an fontem petat:
Palus inertis fœda cocyti iacet:
Hic uultur: illic luctifer bubo gemit:
Omenq; triſte reſonat infauſtæ ſtrigis:
Horrent opaca fronde nigrantes comæ
Taxo imminente: quā tenet ſegnis ſopor
Fameſq; mœſta rabido rictu iacens
Pudorq; ſerus conſcios uultus gerit
Metus: pauorq;: funus: & frendens dolor:
Aterq; luctus ſequitur: & morbus tremēs
Et cuncta ferro bella in extremo abdita
Iners ſenectus adiuuat baculo gradum
Am. ēne aliq̄ tellus cereris & bachi ferax
The. Nō prata uiridi læta facie germinant
Nec adulta leni fluctuat zephiro ſeges
Non ulla ramos ſilua pomiſeros habet.
Sterilis profundi uaſtitas ſqualet ſoli.
Et fœda tellus torpet æterno ſitu.
Rerumq; mœſtus finis & mundi ultima
Immotus aer hæret & pigro ſedet
Nox atra mundo: cuncta mœrore horrida
Ipſaq; morte peior eſt mortis locus.

BER. ℂ Pronus inclinatus eſt in præceps. Vrget: impellit. Atq; auidum chaos: cōfuſio illa quæ oīa trahit ad ſe. Chaos: appellauerunt ueteres q̄dam confuſam ab initio unitatem hiantem patentemq; in ꝓfundum: Latini hiatum uocant: græci aūt caſma. Ante mare & terras: & quod tegit omnia cœlum. unus erat toto naturæ uultus in orbe. Quem dixere chaos rudis: indigeſtaq; moles. Nec quicq̄ niſi pondus iners. Gradūq; illuc non poſſunt redire: ſic Virg. haud reuocare gradū: ſuperaſq; euadere ad auras. Hic opus hic labor eſt. Vmbræ tena. animæ omnes retinent: nec dimittunt. Lethe: flumen lethen apud inferos eſſe ꝓdiderūt cuius latices ſiquis guſtauerit. oīum rerum præteritarum obliuiſcitur: idcirco απ οτισ lithis hoc ē ab obliuione nomē habet. Datus autem hinc fabulæ locus quod morientes omniū rerum obliuiſcuntur. Luca. Quā iuxta lethes tacitus perlabiť annis infernis ut fama trahens obliuia uenis. Qualis incerta. Meāder fluuius inter Miletum & prienem egrediť diſcurrit per phrygiam. & ſeparat lydiam a carmine ad cāpos qui meandri dicuntur Strabo flexuoſum: ideo ſcribit: qm̄ multum limi accipiat: & uario impetu modo ad hanc: modo ad aliam ripam adiiciat: unde omnes obliquitates ueteres Meādrum appellauerunt. Palus inertis: fœdam paludem noīe cocytum: ubi ſemper luctiferi bubōis gemitus: aliaꝝ dirarum auium turpiſſimus ululatus auditur: apud iferos eſſe teſtātur poetæ cocyo lugeo quia ibi perpetuo luctus. Inertis: non currentis. Bubo luctifer: ferens luctū & triſtitiam auis eſt cuius uox ꝑſagit futurā calamitatē ut Virgi. Ferali carmine bubo. Omen. augurium: in fauſtæ ſtrigis: infœlicis auis denūciantis malū: auis ē nocturna. Luca. Quod trepidus bubo: quod ſtryx nocturna quæruntur a ſtrydore nomen habent fabuloſumq; eſt ꝙ eas tradunt ubera infantium labris imulgere. Conſtat tn̄ & in maledictis iam: eſſe: & etiā apud uetuſtiſſimos fuiſſe: accipiq; ꝑ maleficis mulieribus quæ noctu gradientes: infantium corpora fugiendo exhauriunt: Horrent: faciunt horrorem. Fronde opaca: foliis denſis & obſcuris. Comæ rami. Taxo imminente: ſuperſtante. Eſt. n. taxus arbor ut inqt Ply. Abieti ſimilis: ſed mius uirens gracilisq; & triſtis nullo ſucco bacchas fert: qbus lethale uenenū ineſt ꝑcipue in hiſpania uaſa etiam uiatoria ex ea facta ad potādum uinum mortifera fuiſſe cōpertum eſt: hāc quidā ſimiliacem a græcis uocari dixerunt & eſſe in archadia tam ꝑſentis ueneni ut ſiqui ſub ea dormiāt. cibumue capiant moriant: inoxiam fieri putant: ſi in eam arborem clauus æreus figať: a taxo toxica uenēa dicta ſunt quaſi taxica. Quam. arborem. Sopor: ſomnus: & omnibus dat poeta perſonam ſuam. Fameſq; rabi: rictu rictum: nonnulli feraꝝ tantum eſſe dum roſtrum quaſi indignabūde torquē: ſed de hominibus quoq; dici Ticitus de Claudio: dicens porrecto rictu ſaliua manante loquebať. Rictu ergo ore rabido. Serus: pudor. tardus. quia facta īfecta reddi non poſſunt. Funus mors. Dolor frendens: inſaniens: frendere ꝓprie eſt dentes agitare ex ira: ſicut frendet aper apud Ouidium. Eſt ne: Amphitrio interrogat theſeum an illic ſint terræ feraces uini aut cereris. Non prata: reſpondet Theſeus. Fluctuat: quando ſeges eſt adulta flante zephiro fluctuare ſolet quaſi undas imitando: non ibi ſunt tales ſegetes.

Vaſtitas: amplitudo illa cāpi ſine ulle cultura. Profundi ſoli: terræ infernalis. Scalet: horret. Eterno ſitu: ſitus eſt poſitio loci: ut urbs parua eſt in pulchro ſitu: aliquando dicitur mucor qui naſcitur in locis non habitatis. Virgi. Per loca ſenta ſitu. Torpet: nihil producit. Vltima: generis neutri: ille locus eſt ultima linea rerum. Vltima: ergo extremitates omnium locorum. Immotus: quia ibi non ſunt uenti: nec mouetur aer: ut ibi apud nos. Mœrore horrida: quia non ſunt niſi luctus & pœnæ.

DAN. ℂ Cocyti. Cocytus fluuius lachrymarum naſcitur e ſtygi triſtitiæ ut canit homerus in. λ. odiſſeæ κωκυτοσ θοσ δ' ηστυγοσ υδατοσ εστιν αποῤῥωξ. Hic uultur: uultur ut teſtis eſt Plutarchus in rhomulo eſt animantium innocentiſſimus omnium. Herodotus ponticus tradit Herculem letari ſolitum uulture in re gerenda ſe oſtendente: nil ueſcitur ex his quæ homines ſerunt aut plantāt: ſed ex cadaueribus eſcam ſibi quærit: interficit



nihil nec deſtruit animantium. uolucribus autem ob affinitatem etiam mortuis abſtinet. meminit Ariſtoteles & Plynius. Hæc uolucris fauit rhomulo in urbis: nomine conſtituēdo: ut Dyoniſius & Liuius oſtendunt. Fameſq; mœſta: ciues & incolæ tartarii hii ſunt: ſopor: fames: pudor: metus: pauor: funus: dolor: luctus: morbus: adeo ut miſerrimus Achilles alloquens Vlyſſem malit uilem ſeruitutem ſeruire heroi inopi quam regnare in inferno. πουλοι μην κε π χρουροσ εων θητευεμεν αλλω ανδρι παρ ακληρω ωμη βιοτοσ πολυσ ειν ι μη πασιν νεκυεσσι καταφθιμενοισιν ανασσειν.

Am. Quid ille opaca q̄ regit ſceptro loca?
Qua ſede poſitus, tēperat populos leues?
The. Eſt in receſſu tartari obſcuro locus
Quē grauibus umbris ſpiſſa caligo alligat.
A fonte diſcors manat hinc imo latex:
Ater quieto ſimilis: hunc iurant dei:
Tacentem ſacram deuehens fluuio ſtyga
At hic tumultu rapitur ingenti ferox
Et ſaxa fluctu uoluit acheron inuius
Renauigari: cingitur duplici uado
Aduerſa ditis regia: atq; ingens domus
Vmbrante luco tegitur: hic uaſto ſpecu
Pendent tyranni limina: hoc umbris iter:
Hæc porta regni: Cāpus hanc circa iacet
In quo ſuperbo degerit uultu ſedens
Animas recentes: dira maieſtas deo:
Frōs torua fratrum quæ tn̄ ſpecimē gerat
Gentiſq; tantæ. uultus eſt illi iouis
Sed fulminantis: magna pˢ regni trucis
Eſt ipſe dominus: cuius aſpectus timet
Quicqd timeť: Am. uera ne ē fama inferis
Tum ſera reddi iura & oblitos ſui
Sceleris nocentes pœnas debitas dare?
Quis iſte ueri rector atq; æqui arbiter?
The. Non unus alta ſede quæſitor ſedēs
Iudicia trepidis ſera ſortitur reis.
Auditur illo gnoſius Minos foro:
Radamāthus illo tetidis hic audit ſocer.
Quod quiſq; fecit patiť auctorē ſcelus

BER. ℂ Quid ille: rurſus Amphytrio rogat quæ ſit conditio & ſtatus illius regis inferni. Temperat: guberna: Populos leues. i. animas ſine corpore. Eſt in receſſu: deſcribit theſeus locum ubi pluto regiam ſuā habet receſſus & ſeceſſus idem: locus remotus: & ſecretior eſt. Tartari: dicitur tartarus a portu taraſein: quod eſt turbare: ibi. n. locus ſupplicii. Grauibus: triſtibus. Alligat: circundat. Latex: aqua eo quod lateat in uenis terræ: aliquando uinum ea ratione qđ lateat in uua. Vir. leneos latices. Manat: fluit. Diſcors: qa alter quietus: alter impetuoſus. Similis quieto: quia non uidetur currere. Deuehēs: fluuio ſuo facit ſtygiā paludem. Sacram ſtygia: Stryx interpræta- Strix tur triſtitia uel mœſticia: hanc acherōtis & terræ filiā dixerunt: ex eaq; & pallāte natos eſſe zelum: & uictoriam. qm̄ uero uictoria in bello gigāteo ioui opē tuliſſet: conceſſum ei a ioue honoris: gratia: ut dii ꝑ matrē eius: hoc eſt ꝑ ſtygiam paludem iurarent: nec tale iuramentū fas eſſet uiolare: & ſi quis deoꝝ uiolaſſet centū annis a nectare abſtineret & numinis maieſtate eēt priuatus. Vir. Stygiamq; paludem: Dii cuius iurare timent: & fallere numē. Hero. uero li. yi. dixit ꝑ uera hiſtoria ſtygē paruam eſſe aquā in arcadia i ciuitate q̄ dicitur nonacris ex petra quadam ꝓfluentem: hæc eadem teſte Pli. li. ii. na. hi. Licet neq; odore neq; colore ſit abominabilis: illico pota: necat: & idem lib. xxxi. de eadem inquit. Piſciculos quoſdam generat: q comeſti repente perimunt comedentes. Eſt & palus alia Acheron eodem nomine apđ Mēphim. quā ueteres ſtygam uocauere. At hic: alius latex. Ferox: ingenti tumultu acheron: alio nomine phlegeton infernalis fluuius. de quo Vir. Tenebroſa palus acherōte refuſo: & item ſub rupe ſiniſtra. Mœnia lata uidet triplici circūdata muro Quæ rapidus flammis ambit torrentibus annis. Tartareus phlegeton: torquetq; ſonantia. ſaxa Phlegetō Phlegetō: a potu phlego: qđ ē ardeo đducif. Inuius ubi non eſt uia ad redeundum. Regia aduerſa: domus plutonis poſita ex oppoſito euntium illuc: Duplici uado duobus illis fluminibus. Hic: in hoc loco. Tyranni: plutonis. Pendent propter ſpecum inflexum & deſcendentem. Hoc: intrant per illam cauernam qui deſcendunt ad inferos. Vmbris: animabus. Campus: planicies in qua. Digerit ſcilicet pluto diuidit animas quæ de nouo uenerunt: deſtinat eas in diuerſos circulos ſm̄ earum merita: uade tu ala huc & tu illuc. Maieſtas: deſcri. ipm̄ plutōem. Dira timēda. Torua: horribilis. Fratrū ſpecim̄: apparētiā & ſimilitudinē Iouis & neptūni fratrum ſuoꝝ ſpecimē a ſpeco uideo dicitur. Magna pars: eſt ipe ſolus ita terribilis: ut ipſe ſit ꝑ maiori parte terribilitas illius loci. Vera ne. interrogat Amphytrio an ſit ueꝝ quod diciť: tam tarde animas iudicari: & puniri tādiu cupitq; ſcire qui ſint iſti iudices q condēnant eas. Rector ueri. i. ueritatis. Atq; arbiter: quis eſt ille qui habet hoc officium iudicandi. Non unus: rn̄det theſeus ſūt plures. Quæſitor: qui q̄rit ſcelera. apud nos dicitur iudex maleficiorum. Sortiť. per ſortem extrahit. Sic Vir. urnam mouet ille ſilentum. ſolebāt litigantes apud iudices romanos nominatim in una urna poni: & eius cā prius audiebať: qui prius ex urna ꝑ ſortem extractus fuiſſet: & hoc faciebant pp multitudinem litigantium: hanc conſuetudinem ſeruari apud inferos dicit. Iudicia: ſententias. Sera: tarda: quia neceſſe ē expectare donec ſors uenerit. Gnoſius: Minos: minos cretenſis iudex inferni una cū eo Radamāthus: & Aeacus: de quibus ſupra dictum eſt. Socer thetidis. i. æacus pater pelei qui concubuit cum thetide dea maris ex qua genuit achillem.

DAN. ℂ Alter quieto: ater non alter lege nāq; acheron unde ſcatet ſtyx limoſus eſt & piger: ipſa palus: ſtyx etiam

Repetit:ſuoq; premit exemplo nocens
Vidi cruentos carcere includi duces:
Et impotentis terga phlebeia manu
Sindi tyranni :quiſq; eſt placide potens
Dominuſq; uitæ ſeruat innocuas manus:
Et incruentum mitis imperium regit.
Animoq; parcit:longa permenſus diu
Fœlicis æui ſpacia uel cœlum petit
Vel læta fœlix nemoris elyſii loca:
Iudex futurus ſanguine humão abſtine
Quicũq; regnas ſcelera taxant mõ maio
Am. Certos incluſos tenet (re noſtra
Locus nocentes :(utq; fert fama) impios
Supplicia uinclis ſæua ppetuis domant
The. Rapitur uolucri tortus ixion rota
Ceruice grande ſaxum ſyſiphea ſedet:

ueternoſa eſt & cenolenta formidabilis diis peierantibus ut canit poetaꝝ doctor homerus in. ε. odiſſeæ. και τοκατειβομενον ſτυγοσυδωρ οσ τε μεγιſτοσ ορκοσ δεινοτατοσ τε τελει μακαρεσσι θεοισι Acheron:circe alloq̃t Vlyxem ſic apud Home. in. κ. odyſſeæ. Phlegeton acherõtem interluit & Cocytus q ex aqua gygis manat. Sylius. Hic acheron ſanie:craſſo ueneno æſtuat & gelidam eructans cũ murmure arenã deſcendit nigra len tus p ſtagna palude. Sortit:ſortitio apud athenięſes fiebat inſcriptis ſortibus litteris alphabeti inde electi ad magiſtratum aliquem uocabant grãmatici ut meminit interpres ariſtophanis in pria comœdia Vlyxes apud Home. inquit. Volebam uidere alioꝝ defunctorum aĩas hic uidi Minoa claꝝ iouis filiũ hñté ſceptũ aureum iura dãtem mortuis ſedenté: & multos circa ipſum:uidi oriõa uenatoré cum baculo æreo in mãu. Tytiũ filiũ terræ glorioſæ ſuperiacent ẽ noué iugera terræ. uultures illi ſedéti immergẽtes roſtra exentera bant epar. latonã tẽptauit:uidi tãtalũ ſenem cupienté bibere & unda illudi. ficus dulces oliuæ floridæ. nu/ ces. pomi ſpargebant fructũ deſuper quas ſenex por rectis manibus cũ uellet tangere eas uentus tollebat in umbroſas nubes. uidi ſyſiphum precipitem.

BER.

℄ Vidi:probat qđ dixit oẽs puniri ſm pacta ſua. Im potẽtis crudelis. qui ſeipſum moderari non potuit in ira. Scindi:lacerari uerberibus. Manu plebeia:qué admodũ in hoc mũdo:cruciarunt plebeios: nũc apđ inferos ipſi cruciant a plebeis: & ita illis reddit uiciſſitudo maloꝝ. Quiſq; eſt:q fuit in uita potens & po tẽtia ſua ſit uſus cũ humanitate hic uel ad cœlũ uadit uel ad cãpos eliſios. Incruentum: ſine cæde hoĩum.

Permẽſus:tranſiens:aut q tranſiuit. Longa ſpatia longũ iter. Loca:elyſii:habitacula elyſii cãpi. Elyſiũ cãpum ueteres putauerũt eſſe in medio iferni:in quo pioꝝ aĩæ quieſcerent poſt diſſolutionem eaꝝ a corpore. Vir. Solẽq; ſuum ſua ſydera norũt. Philoſophi di/ xerunt elyſiũ eſſe in inſulis fortunatis. Hora. Nos manet occeanus circumuagus arua beata. Petamus:arua diuites & inſulas:Reddit ubi cererem tellus inarata quotãnis & imputata floret uſque uinea. has Salu. ſcri pſit carmine homeri inclytas eſſe. Fuerunt etiam qui elyſium ſciberent eſſe circũ lunatem circulum ubi purior eſt aer. Vir. Aeris in campis. græci a potis elyſeon hoc eſt a profectione: quod qui ſancte & iuſte ui/ xerint ad eos proficiſcantur. Iudex futurus: quicunque habebis poteſtatem in homines abſtine ſangui/ ne humano quia in inferno punitur quiſcunq; crudelis. Taxãtur:iudicant:a tãgo fit frequẽtatiuũ taxo qđ ſignificat æſtimo a precio:a quo taxatio ſit æſtimatio. hoc enim tangendo. i. ponderando fieri ſolet. & taxa tores dicuntur a ſenicis:qui alterutrũ maledictis tangunt. tanxis ueteres pro tetigeris dixere. Caue ne meũ taxis liberꝝ. taxim etiam pro ſenſim. Põpo. Adoptare clandeſtino tacitus taxim perſpectaui. Modo maio/ re. i. maiore menſura puniuntur. Certus:alia interrogatio amphytrionis ubi nam puniantur illi qui dant pœnas. Certus:deſtinatus ad hoc. Supplicia pœne interdum ſignificat ſupplicationem. Salu. in ſuppli/ ciis deorum. Fert:dicit. eſt ne uerum ut puniantur illi qui peccauerunt. Rapitur:reſpondet theſeus. Ixio nem tradunt phlegiæ filium a ioue in cœlum aſſumptum: & iunonem de adulterio auſum interpellare qđ cum ab uxore iuppiter intellexiſſet oppoſuiſſe illi nubem ſub iunonis effigie cum qua cõgreſſum ixio nem centauros genuiſſe: deiectum deinde a ioue in terras:cum inter mortales gloriaretur ſecum regina deorum habuiſſe rem:fulmine ictum. & ad inferos demerſum eſſe ubi rotæ plenæ ſerpentum allegatus aſſidue uolutatur. Oui. Voluitur ixion:& ſe ſequiturque:fugitque. Tortus:tormentatus. Ceruice: ſy/ ſiphus æloli filius iſthmon hoc eſt illam ſtricturam terræ quæ eſt inter mare ionium & ægeum:latrocinius occubabat: tandẽ occiſus a theſeo apud inferos truditur:& hac pœna afficitur:ut grande ſaxum ſupra mõ tem portare coactus:cum ad apicem & culmen deduxerit:continuo ad ima relaxetur. Dicente Oui. libro . xiii. meta. Aut petis. aut urges rediturum ſyſiphe ſaxum. Ceruice ſyſiphea: in collo ſyſiphi. In amne medio:Tantalus fuit iouis filius ex plote nympha:quod ille fatetur apud ſenecam in thyeſte. Magne diuo rum parens noſterque q̃uis pudeat. Hunc dicit Euſebi. li. de temporibus regem fuiſſe phrygiæ:& cũ deos hoſpitio ſuſcepiſſet: filium eius pelopem comedendum eis appoſuit: mentitus alias eſſe carnes; a quibus epulis dei omnes:excepta cerere. abſtinuerunt. quæ illius comedit humerum. ob quod facinus cum iup/ piter ad infernum detruſit atque hoc ipſo ſupplicio damnauit. ut uſque ad inferius labium limpidiſſima diuerſaretur aqua:ſed tunc quoque cum ad potum inclinaretur fugaciſſima. Inſuper & inclinari arbo/ res redolentibus pomis uſque ad os eius ſtatuit:quæ omnia fugiebant. dum ea fame:uel ſiti capere conare tur. de illo Oui. iiii. meta. Tibi tantale nullæ. Depræhenduntur aquæ quæque eminet effugit arbos. Idẽ lib ii. de ſine titulo. Quærit aquas in aquas. & poma fugacia tentat. Tantalus. hoc illi garrula lingua dedit quo fit ut inter odorata poma. & aquas poſitus. fame & ſiti pereat & ut dicunt poetæ. Fuit hic tantalus Agamemnonis & Menelai auus;a quo patronymicum deducitur tantalides. Fuit alius tantalus corinthiorum

rex adeo



In amne medio faucibus ſiccis ſenex
Sectatur undas abluit mentum latex.
Fidemq; cum iam ſæpe decepto dedit
Perit unda:in ore poma deſtituunt famẽ.
Prebet uolucri titius æternas dapes:
Vrnaſq; fruſtra danaides plenas ferunt.
Errant furentes impiæ cadmeides:
Terretq; menſas auida phineas auis.
Am. Nunc ede nati nobilem pugnam mei
Patrui uolentis munus an ſpolium refert
The. ferale tardis imminet ſaxum uadis:
Stupente ubi unda ſegne torpeſcit fretũ:
Hũc ſeruat ãnẽ cultu & aſpectu horridus
Pauidoſq; manes:ſqualidus geſtat ſenex:
Impexa pendet barba:deformem ſinum
Nodus cohercet:concauæ lucent genæ:
Regit ipſe conto portior longo ratem
Hic onere uacuus littori puppi applicans
Repetebat undas. poſcit alcides uiam
Cædente turba. dirus exclamat charon
Quo pergis audax ſiſte pperantẽ gradum
Non paſſus ullas natus alcmena moras
Ipſo coactum nauitam conto domat.
Scanditq; puppẽ:cimba populoꝝ capax
Succumbit uni cedit & grauior ratis

rex adeo pius ut dicatur a poetis menſis deorũ accubuiſſe:alius fuit filius tyeſtis & Merope atrei fratris cõ iugis quem Atreus occidit & patri comedendum appoſuit. Senex: tantalus. In amne medio: in mediis aquis. Siccis:ſitibundis. Latex:aqua. Fidem ut crederet tantalus eam poſſe capere. Decepto. ſ. tantalo.

Perit:fugit. Præbet:uolucri. Titius fuit iouis filius ex Eiara filia orthomeni:quã iuppiter iunonis iram extimeſcens in ſpecu ſub terra abſcondit:ob quod ex illa Titius natus dictus eſt a poetis terræ filius. dicen/ te Vir. li. yi. æn. Necnõ & tytõ terræ omnipotentis alũnum;cernere erat:hic cũ Latonæ uim iferræ uellet:ab apolline ſagittis confoſſus apud inferos magno cru/ ciatu demergitur:ut Oui. li. i. De ponte ſic in conſumptum tyti ſemperq; renaſcens: Non perit ut poſſit ſæ/ pe perire iecur:huius magnitudinem corporis noué iugerum dixerunt poetæ. Tibulus:porrectuſq; noué tytus p iugera terræ. Aſſiduas atro uiſcere paſcit aues. Volucri:uulturi. Aeternas:quia quando cõſumptũ eſt ſemper renaſcitur.

DAN.

℄ Taxãtur: plectuntur ſcelerati & preſſius tangunt in inferno q̃ hic apud nos: ẽ. n. pprie taxare pſſius cre briuſq; q̃ tangere;unde proculdubio id inclinatũ eſt: ut meminit Gel. in. ii. noctium acticarum:Sicuti uexa re eſt diſtrahere ui:& motu maior uehere quod uer/ bum non eſt leue cõtra Cornutum Virgilio maſticẽ.

Iſion:non fuit filius phlegiæ ſed frater ſi uera ſcri/ pſit Euſtachius theſſalonicenſis. Diodo. tradit filiũ fuiſſe Anthionis & Melites.

℄ Vrnaſq;:dictum eſt ſupra de filiabus danai:q̃ mari tos ſuos pria nocte interfecerunt. iſtæ ſunt apud infe ros hac pœna dãnatæ ut ſemper aquas cribris perfo/ ratis hauriant. Fruſtra:quia non poſſunt in eis con tinere aquã. Erant. cadmeides filiæ cadmi de quibus dictũ eſt ſuperius;ſicut agaue furens filium pentheũ interfecit:eo modo apud inferos furentes uagantur: nec ullam requiẽ habent. Terretq;: phineus fuit ar/ cadiæ rex q ſuaſu harpalices uxoris:filios occecauit: cuius ſceleris magnitudine permoti dii:oculis eũ pri uarunt;atq; illi harpias obiecerunt auiũ genus diꝝ:ac rapax:quæ illi dapes & reliqua omnia fœdebãt. Har piæ monſtra fuerunt qualia deſcribit Vir. Triſtius haud iſtis monſtrum:nec ſæuior ulla Peſtis:& ira de um ſtigiiſq; ſeſe exculit undis. Virginei uolucrum uultus fœdiſſima uentris:proluuies: uncęq; mãus;& pallida ſp: ora fame. Menſas phi. i. phinei. phineus a quo phineus. Nunc ede. Amphytrio dicito theſeu intellexi conditiones: nũc aũt uellem ſcire quõ her/ cules natus meus pugnauerit:& ſecum traxerit cerbeꝝ. Ede. i. demonſtra. Edo ab e & do: e ĩ compoſitione aliqñ auget:ut elucco. i. ual de luceo. aliqñ hẽt uim præpoſitionis extra ut emito. extra emitto ede ſimili/ ter promo diciturq: & naſcunt in lucem pmuntur: progigni ponitur. Hora. Mœcenas atauis ædite regi/ bus. eodem modo edere manifeſtare dicimus. Patrui:Plutonis fratris patris ſui iouis. Munus ſcilicet cer berum. Ferale reſpondet theſeus deſcribens ingreſſum ad regiam plutonis: ut quid ibi geſtũ ſit demon/ ſtret. Ferale:lethiferum:ueteres feram mortem dixerunt unde feralis & ferale deducitur. Segne fre/ tum ideſt pigrum. Stupente unda:aqua non ſe mouente. Hunc ſeruat: hanc deſcriptionem charontis ſu/ mit a Vir. qui hunc portitorem dicit obſeruare tria inferni flumina ſeu paludes. hoc eſt acherontem ſtygẽ & cocytum:quin & defunctoꝝ animas ad aliam ripam uehere;quem ſqualoris eſſe terribilis fingit:oculos habere igneos amictum ſordidũ magnam caniciem:remo ueliſq; ad aĩas tranſportandos uti. Pauidos ma nes:animas tremẽtes. Geſtat:trãſuehit cimba. Impexa:inornata. Nodus coheicet: ligat. Imitatio Vir giliana:humeris nodo ſuſpendit amictum. Deformẽ ſinum:ueſtem ſordidam. Sinus aliquando ue/ ſtis lata eſt muliebris. Oui. Indue regales laodomia ſinus. aliquando dicitur portus. aliquando pro comple/ xu:ut iacet in ſinu amantis. Genæ:oculi concaui & intra frontem fixi. aliquando geneæ pellicula dicitur quæ oculos tetigit. aliquando maxillæ. Conto: partica longa. Hic onere uacuus cũ tranſuexiſſet mul/ tas animas quas habebat: reuerſus eſt ad ripam. Repetebat: retronauigabat. Cedente turba: omnibus dantibus locum. Siſte properantem:gradum noli o temerarie ultra uenire. Nauitam:charontem. Do mat ſcilicet uerberando ipſum:æneas iuit cum ramo aureo. iſte pacis uero uiolentia utebatur. Cimba; populoꝝ capax quæ tranſuehit tot aĩas uix potuit ſuſtinere unum. Sic Vir. Gemuit ſub pondere cimba.

Succubuit:quaſi demerſa eſt. Bibit. i. ab utroq; latere recipiebat aquas. Titubante. uacillante: mõ in unam partẽ modo in aliam. Tunc quando tranſiuit hercules; ea mõſtra quæ erant illic cœperũt ualde ti/

BER

mere. Cētauri:hercules cētauros nuptiaꝝ cum ebrii eſſent hyppodamē Pirrhithoo auferre uolētes acri bello ſuperauit.ſunt aūt qui non hoc die ſolum cū centauris pugnaſſe herculē uelint: ſed etiam alias.Nam cū euritus centaurus ab Oeneo calydoniæ rege: forte hoſpitio ſuſceptus fuiſſet: Deianirā eius filiam ſimul ac uidit: petiuit ſibi dari uxorem. Oeneus q̄uis illam herculi ſpoponderat uim tamē centauri timēs: huic ſe eam tradituꝝ promiſit quapropter orto inter herculem & Euritum bello nuptiaꝝ die: ab hercule centaurus ſuperatus eſt. Lapithe: ab aliis laphite nominati a laphita apollinis filia iuxta othrin montē theſſaliæ habitantes: cum centauris bella gerentes qui uicinum montem pelion tenebāt: Sed demū pulſi prio ab ixione deinde a pirrithoo filio ad ethicas uenere. Laphitis uero campeſtria conceſſerunt. Fingūt cētauros eſſe ſemiequos: ſed ueritas eſt: eos eſſe genus duꝝ & agreſte: & primum pugnaſſe cum equis.cū āte eqs uehi Bellorophō & frenis & ephitiis uti peletronius inueniſſet,Hic igitur ē datus fabulæ locus & a ſtimulando calcaribus equo centaurus appellatus eſt: propter quod & hyppocētaurus: hoc ē equi ſtimulator ē dictus. Succenſi: inflāmati ad bella. Multo mero: ebrietate. Lernæus labor: ideſt idra de qua ſuperius diximus. Fœcundo: qa abſciſo uno capite naſcebāt tria. Sinus receſſus. Poſt hæc.ſcilicet mōſtra. Auari: inſaciabilis. Ditis Plutonis: dis pluto appellatur hoc eſt diues: nam terrenam uim omnem atq; natura ſui diti patri dedicatam putabant: quod diuitiæ omnes e terris oriantur: & in terras recidant.Claudianus ſemperq; tenemus: quæ ſuperi tenuere ſemel.

Vtroq; lethem latere titubante bibit:
Touaſta trepidant mōſtra cētauri truces.
Lapithæq; multo bella ſuccenſi mero.
Stygiæ paludis ultimos quærens ſinus
Fœcunda mergit capita lernæus labor.
Poſt hæc auari ditis apparet domus
Hic ferus umbras territat ſtygius canis
Qui terna uaſto capita concutiens ſono
Regnum tuetur: ſordidum tabo caput
Lambunt colubræ uiperis horrent iubes
Longuſq; torta ſibilat cauda draco
Par ira formæ ſenſit ut motus pedum
Attolit irtas angue uibrato comas
Miſſumq; captat ore ſubiecta ſonum
Sentire & umbras ſolitus: ut ꝓpior ſtetit
Ioue natus antro cedit: incertus canis
Et uterq; timuit ecce latratu graui
Loca multa terret: ſibilat totus minax
Serpens p armos. uocis horrendæ fragor
Per ora emiſſus terna fœlices quoq;
Exterret umbras: ſoluit a leua feros
Tunc ipſe rictus: & cleoneum caput
Opponit: ac ſe tegmine ingēti clepit
Victrice magnum dextera robur gerens
Huc nunc & illuc uerbere aſſiduo rotat
Ingeminat ictus: domitus infregit minas
Et cuncta laſſus capita ſubmiſit canis
Antroq; toto ceſſit: extimuit ſedens
Vterq; ſolio dominus: & duci iubet
Me quoq; petenti munus alcidæ dedit
Tūc grauia mōſtri colla p̄mulcēs manu.
Adamante texto uincit: oblitus ſui.

DAN. ¶ Squalidus ſenex: charō eſt aer infernalis: quia animæ ſunt aeriæ: ideo finxere poetæ eē portitorem animarum: & ideo. Squalidus: qa inferni ſqualidus ē & teter. magiſter nauis ligua ægyptia dicitur charon.

BER. ¶ Hic ferus: ad cuſtodiam domus Plutonis erat cerberus: qui cum ſentit herculem: cœpit horribiliter latrare: at hercules inuoluit pellem leonis circa ſiniſtrum brachium: & dextra corripuit clauā. Tabo ſanie: & facit aliam deſcriptionem ipſius canis qui loco piloꝝ ſerpentes habet: & ꝓ cauda etiam unū aliū ſibilantem ſerpentem. Lābunt: inuoluunt. Par: ſimilis: terribilis forma & ira. Irtas: rigidas. Angue uibrato motis ſerpentibus. Captat: auſcultat & explorat. Subiecta: aure poſita in terra: quia a longe uenientem eo modo ſentimus. Miſſum: ſonū de lōge miſſum. Vmbras: animas que ſūt leuiores corporibus. Incertus: canis dubius an fugeret an ſtaret. Vterq;.ſ.hercules & canis: ēt fortes uiri timent naturalia quanto magis debent timere ea quæ ſunt preternaturam. Graui.horrēdo. Exterret: fœlices umbras anima q̄to magis infœlices. Tunc ipſe hercules ſoluit ab humeris ſuis feros rictus ora horribilis leonis

Clepere cleonei,Et clepit: tegit ſe aduerſus cerbeꝝ. clepere eſt tegere: inde clypeus dicitur. Robur: clauā. Rotat: flectit illum canem acriter uerberando. Infregit minas depoſuit iram: & factus eſt humilis. Laſſus: fatigatus uerberibus. Submiſit: inclinauit tanq̄ uictus. Cuncta: quia tria habebat. Antro: & dedit aditū herculi. Vterq; dominus.pluto & proſerpina inferoꝝ reges. Solio: ſede.regali facta de uno tm̄ ligno cōcauato: ſolium integrum appellare & ſolidum.unde ſolam terram dicimus.alii dicunt ſolium ſedem eſ

Solium ſe regis e ligno in qua ob tutelam corporis ſui ſederet.& dictum a ſedēdo.Curtius.Reginam in ſolio uiſam uehementer admiratus aliquando uas dicitur in quo homines in balneis uel domi ſedentes lauabantur. Mart.Non uis in ſolio prius lauari.Nūq̄ huic ſimile uas in quo defuncti ſepeliunť.Ply.Cum & defuncti ſeſe multi flectibus ſolii cōdima luere.Quidā a ſolo deduci uolūt qđ in his ſoli ſederēt: iō ſolia ſternere dicebantur q ſoli ſternium hēbant. Et duci iubet.ſ.cerbeꝝ: qa timebat. Me quoq;.ſ.theſeū qui illic detentus erā in carcere: qa iuerā cum pirrithoo ad rapiendū ꝓſerpinam. Tūc grauia: poſtq̄ Pluto dedit cerbeꝝ: & me herculi: ille cœpit canē blādiēdo illi: & iniecit collo unā cathenam: & ſecū attraxit. Grauia:

Mulcere horrentia. Premulcēs.leniter manu tangens.Mulcere eſt ꝓprie delinire quaſi mollicere.unde mulſum: & aqua mulſa dicitur. Vincit: ligat inde uiculū ligamen. Adamante texto.i, cōiūcto: hoc ē dura cathena:

Adamas



Adamas lapis p̄cioſus miræ duriciei de quo Ply. loquiť.Nullo modo pōt rūpi: niſi ſanguine hirci: & cum poetæ uolūt dicere aliquā rem durā & infrāgibilē adamātinā appellant: & ab a qđ eſt ſine: & domo q̄ſi indomitus. Oblitus ſui.i.ſuaꝝ uiriū: & dicunť illi.obliti ſui q in p̄iculis neſciūt qd faciant. Peruigil: q nunq̄ dormiebat. Opaci regni: obſcuri inferni. Faſſus: quaſi cōfeſſus & monſtrās ſe uictū ab hercule. Ore ſumiſſo: capite inclinato ſubſequebať herculem: & blādiebať illi cauda uipina: more canum q utrūq; latus cauda percutiunt blādiendo alicui. Poſtq: ſed quando uenit ad exitiū īferni: & uidit primā lucem uoluit retrocedere: & reſumpſit uires priores: & quaſi herculē retraxit: ſed ipſe illi opitulans inuitū traxit ad ſupos. Tenari mōtis laconici. Lucis ignote: erat lux illi incognita cū ī inferno ſp ſint tenebræ. Pronū: qa uia illa pēdet in deſcēſu. Mouit gradu: de loco ubi erat firmus pedibus. Geminis.ſ. meis & herculis. Irrita: ſine effectu: rata dicimus firma: & cū effectu cōtrariū eſt irrita: unde Vir.Irrita tela appellat: q̄ miſſa non feriūt. Oborta: nox ut uidit lucem clauſit oculos: & declinauit caput ad terrā: & orta ſibi nox eſt: qa non potens tolerare lucem faciebat ſibi obſcuritatem oculis clauſis. Cōpreſſit: clauſit. Expulit.ſ.clau.ocu.ne uideret diem inuiſum.

Adamas

Cuſtos opaci peruigil regni canis
Cōpōit aures timidus & patiētes trahit
Herūq; faſſus ore ſubmiſſo obſequens
Vtrunq; cauda pulſat anguiſera latus
Poſtq̄: eſt ad oras tænari uētum & nitor
Percuſſit oculos lucis ignotæ bonos
Reſumit animos uictus & uaſtas furens
Quaſſat cathēas: pœne uictorē abſtulit
Pronūq; retro uexit: & mouit gradu
Tunc & meas reſpexit alcides manus
Geminis uterq; uiribus tractum canem
Ira furentem: bella tentantem irrita:
Intulimus orbi: uidit ut clarum æthera
Et pura nitidi ſpacia conſpexit poli:
Oborta nox eſt: lumina in terram dedit
Cōpreſſit oculos: & diem iuiſum expulit
Aciemq; retro flexit atq; omni petit
Ceruice terram eum ſub herculea cupit
Abſcondi umbra: denſa ſed læto uenit
Clamore turba frontibus laurum gerēs
Magnique meritas herculis laudes canit.

Chorus loquitur.

Natus Euryſteus properāte partu
Iuſſerat mūdi penetrare fundum.
Deerat hoc ſolum numero laborum
Tertiæ regem ſpoliare ſortis.
Auſus eſt cæcos aditus inire:
Ducit ad manes uia qua remotos
Triſtis & ſylua metuenda nigra:
Sed frequens magna comitante turba:
Quantus incedit populus per urbes
At noui ludos auidus theatri:

DAN. ¶ Stygius cāis: cerberus ex echidna & Typhaōe genitus tribus latrat faucibus ad hoſtium regiæ ditis p̄ris uolentibus ingredi cauda & auribus blandiť. neminē ꝑmittit exiř.Heſio.& Maro diſcordāt.uorat carnē & oſſibus ſupſedet iō quaſi τοκρεοβορος nuncupatur.ab hercule ligatus ē adamātina cathena & tractus ad ſupera: q̄ctiq; trahebať ſpumæ a rictibus cadentes cedere in acontium.Alexāder imꝑator hūit canem hoc noie cōgredictē leonibus ut ſcribit Iulius pollux.

BER. Aciem: uiſum. Petit: toto capite inclinatur in terram. Tunc: quando inclinabat ſe hercules faciebat umbram: & ille ſequebatur. Denſa: ſed læto iam dat locum ſequenti ſcenæ. Denſa: charus. Lauꝝ. coronam ex lauro.

Natus Euryſtheus.In fine omnium actuum chorus inducitur laudans facta: ita ibi nūc habetur cōcelebrans fortitudinem Herculis q uicit oia monſtra: in terra reſtabāt ea quæ ſunt in inferno quo ipſe iuit & rediuit cum uictoria. Verſus eſt ſaphicus: & habet. v.pedes. Primus trocheus: ſecundus ſpondeus: tertius Dactylus: duo ultimi trochei. Natus Euryſtheus. Homerus ſcri. cū iuppiter di ēquo hercules ꝓditurus in lucē erat: ita predixiſſet: qui cæteris imperaret: cogitaſſe iunonem id de hercule dici quapropter impetraſſe prio a ioue: ut id iureiurando affirmaret: deinde miſſa lucina quæ dea parturientium erat Diſtuliſſe herculis ortum & uxoris Stheleni quæ ſeptimo iam menſe p̄gnans erat partum acceleraſſe: ex quo natus eſt Euryſtheus qui Micenis.xlv.annis imperauit ſemper infeſtus herculi: ob id frequenter impellens eum ad congrediendum cum mōſtris facile ſic perituꝝ herculem ſperans. Fundum infernum. Deerat reſtabat hoc ſolum: quia omnia alia ſuperauerat. Tertiæ: foreis regem Plutonem regem inferni quæ fuit tertia ſors inter tres fratres. Nigra: obſcura. illa triſtis uia eſt metuenda propter obſcuram ſiluam per quā eſt eūdem. Sed frequens: ſcilicet illa uia ualde frequentata: per eam multi quotidie ad inferos tradunt: Frequens modo crebrum ſignificat.ſiue de loco ſiue de re animata dicitur: ut frequens ſenatus ideſt creber copioſus.multus item frequentes domus frequentes aræ: hoc eſt crebræ multæ: aliquando quod ab aliis frequentatur: ut frequens locus frequens templum in quo multi conueniunt.& quod multi frequentant. Qualis.declarat iſtam multitudinem per comparationem ludorum olympicorum qui fiebant in honorem iouis olympici apud piſām & helidem arcadiæ oppida id gymnicum certamen erat quod quito quo

que anno fieri ſolebat unde olympias dicta eſt ſpacium quinque annorum. & exinde tempora olympia dibus computare cœperunt. ut Olympiadis primæ uel tertiæ: Olympia urbs eſt inter oſſam & olympū montes: & olympia olympiorum etiam ludi erant ipſi. Incedit: uadit ad ſpectandum. Populus: multitudo. Ad lu. noui theatri: noui ſpectaculi: theatrum dici poteſt a nobis uiſorium ſeu ſpectaculum ex quo eminus turba ludos ſpectare poteſt: & apud romanos ædificium fuit iterdum mira luxuria edificatum: ut Ply. lib. xix. na. hi. Heleum: tonantem. Iouem heleum a ciuitate helide. Coit ideſt cōueni. Alii legunt currit & male: quia uerſus non ſtaret. ex con & eo: ſic Oui. libro. iiii. faſto. Mille manus coeunt. Quinta æſtas: quintus annus. Reuocauit: reduxit. Sacrum: ſubſtantiue ideſt iouis feſtum. Quanta ſcilicet turba: frequentat ſecretam cererem: celebrat cerealia. de his ſacris ſuperius diximus. Myſtæ: ſacrificantes cereri appellabantur: Myſticum dicunt græci omne id quo in arcanis deorum ſacris utimur. qualia erāt bacchi: & cereris orgia: quæ noctu clam & a ſolis mulieribus celebrabāt: ſed tamen inde illis ſacris pollutis. uiri quoq; ad ea accedere ſoliti erant & baptæ huiuſmodi uiri dicebantur quod tincti; furatiq; ſacris interessent inſtar mulierum: baptim enim inficere; tingere: & fucare dicitur. Myſteria arcana ſacra appellabantur. hinc in prouerbio eſt: non ſine myſterio fieri dicimus quod occulta aliqua quaſi ſacrorum ratiōe perficitur. Actici: athenienſes. nam ea ſacra apd athenas fiebant per decē miliaria ad Eleuſim. Citi ueloces: quia cum facibus accenſis currebant. Tectis relictis: quia ea ſacra celebrabantur per agros. Cum longe redit hora noctis. Cupiens: ſcilicet nox. Creſcere: quia creſcente fiunt longiores ſomnii. Libra ſignum cæleſte per quod ſol tranſit: & tunc eſt æquinoctium: quia ſol libratus eſt: & eſt per unum diem ſolum: ideo dicit tenet currus phœbeos; ideſt ſolis.

Qualis elæum coit ad tonantem
Quinta cum ſacrum reuocauit æſtas
Q uanta cum longe redit hora noctis
Creſcere in ſomnos cupiens quietos
Libra phœbus tenet æqua currus
Turba ſecretam cererem frequentat
Et citi tectis properant relictis
Attici noctem celebrate myſtæ
Tanta per campos agitur ſilentes
Turba/pars tarda gradiens ſenecta
Triſtis & longa ſaciata uita
Pars adhuc currit melioris æui
Virgines nondum thalamis iugatæ

DAN. ℭ Tum ſuper: conſtrue ſic textum & mendatum ſub herculea cupit abſcondi umbra: ita legit antiquiſſimus codex & ſuadet metrum & ſenſus etiam quadrat ut ſit: cupit cerberus abſcondi ſub umbra Herculis ne cernat lucem. niſi dicas herculea umbra deſuper abſcondit caput cerberi quod non probo. Natus Euryſtheus: inuidia iunonis contra herculem natus: Euryſtheus ſeptimo menſe. Iuppiter indignatus claudit cœlum Euryſtheo properante partu: quia natus eſt citra nonū menſem timente iunone ne hercules prius naſceretur. Natus Euryſtheus ſeptimum carmen Sapphicum penthametrum. redeunti ab inferis herculi occurrit chorus cum tripodio & cantu Myſtæ: Myſtæ daduchi ideſt geſtantes facem dicebantur: ſacerdotes Cereris faucibus diſcurrentes quibus ad filiam indagandam uſa eſt ceres ad extremam uſque laſſationem debacchabātur. Papinius: Tuque actea ceres: curſu cui ſemper auhelo uotiuam taciti laſſamus lampada myſtæ. erant autem hæc ſacra cōia cum baccho: ideo generoſus poeta bacchum ex aditis cereris egredientem inducit. & Ouidius. Ipſe ſuos ludos uuæ commentor habebat. Quos cum tedifera nunc habet ille dea. ſcelerati arcebantur procul ab his ſacris uoce præconis. Tranquillus. Eleuſinis ſacris quorum imitatione impii uoce præconis ſummouentur intereſſe auſus non eſt. baptæ eius ſacerdotes non ſunt dicti ea rōne quod fucarentur inſtar mulierum: ſed quod lauarentur quando initiabantur. Ariſtophanes græcus comicus facundiſſimus πρωτονεκ τουπαλαιουηδειεμεβλαφαν. & hæc ſatra appellantur theſmophoria: ut memit Gellius in. xiiii. quaſi legiferæ deæ ſacra. θεομοσ enim dicitur lex & φερω. fero. Ceres. n. prima dedit leges ut fingit latinorum priceps Maro. Myſteria. Apollodo. tradit myſteria dici a Myente quodam attico qui uenando periit; eandem dicuntur etiam orgia ab ira cereris contra Iouem: ut ait Euſebius theſmophoria fiebant ſic exta fumantia polenta. ſaidiaco. mala punica. trementia animalium corda. hederæ. papauera. & uinum quod uocant cycrona; quod quidem uinum ceres cum nollet bibere oblatū ſibi per hoſpitem banbinem. tandem ſolata ueſte genitalia oſtendit hoc ſpectaculo mota dea bibit ībens inde datur cyrcon in ſacris. Ephœbi: ſpacium inter puerilitatem & pubertatem uocant ephœbiá. Quintilianus appellat lubricum ætatis quia illa ætas facile labitur in uitium.

BER. ℭ Tanta: adaptat comparationem; tanta eſt illa turba; quæ uadit per illam uiam ad inferos & quæ eſt iſta turba; ſunt alii ſenes; alii pueri alii infantes. Iugate. i. nondūcōiunctę matrimonio. Ephœbi: ephœbus dictus; quod iam ſit impubes hoc eſt ad annos pubertatis peruenit. Teren. Nam is poſtq̄ exceſſit ex ephœbis; hoc exceſſit ex ea ætate qua pubem primo emiſit. Hic ephœbia appellata eſt prima ætas adoleſcētiæ. Comis depoſitis ideſt reſecatis capillis qui intonſis ſeruabantur pueris & in prima adoleſcentia illis reſecabantur: & deo alicui conſecrabantur ut eſt apud Statium in ſiluis de crinibus carini. Modo doctus qui uix ſciebat p̄nunciare nomen matris. His: ſolis infantibus eſt data una fax: ut per has tenebras poſſent uidere



Et comis nondum poſitis ephœbi
Matris & nomen modo doctus infans:
His datum ſolis minus ut timerent
Igne prælato releuare noctem
Cæteri uadunt per opaca triſtes
Qualis eſt nobis animus remota
Luce cum mœſtus ſibi quiſq; ſenſit
Obrutum tota caput eſſe terra:
Stat chaos denſum tenebreq; turpes
Et color noctis malus: & ſilentis
Ocium mundi uacuæq; nubes.
Sera nos illa referat ſenectus:
Nemo ad id ſero uenit unde nunquam
Cum ſemel uenit potuit reuerti
Q uid iuuat durum properare fatum
Omnis hæc magnis uaga turba terris:
Ibit ad manes facietq; inerti
Vela cocyto: tibi creſcit omne
Et quod occaſus uidet & quod ortus:
Parce uenturis tibi mors paramur.
Sis licet ſegnis properamus ipſi
Primaq; uitam dedit hora carpſit
Thebis læta dies abeſt:
Aras tangite ſupplices:
Pingues cædite uictimas.
Permixte maribus nurus
Solennes agitent choros:
Ceſſent depoſito iugo
Arui fertilis incolæ hu.
Pax eſt herculea ma
Auroram inter & heſperum
Et qua ſol medium tenens
Vmbras corporibus negat.
Q uodcunq; abluitur ſolum
Longo tethyos ambitu
Alcide domuit labor.
Traſuectus uada tartari
Pacatis redit inferis:
Nam nullus ſupereſt timor
Nil ultra iacet inferos
Stantes ſacrificus comas
Dilecta lege populo

Act⁹. iiii. Her. Theſ. Amp. Megæra. Her.

uidere & minus timere: hoc eſt morale: quia ſunt puri ſine macula uitiorum. Releuare: leuiorem facere. Prælato: ante portato. Cæteri: preter iſtos infantes. Per opaca: obſcura. Qualis: nunc dicit chorus qualis debeat eſſe animus euntium per illam uiam. q. d. triſtes: quia uidetur habere totum pondus terræ ſupra ſe: ideo dicit quod debemus ire tardius quá poſſimus. Qualis; legendū eſt interrogatiue.

Obrutum: demerſum: quia infernus eſt in centro terræ: quia qui uadunt ad inferos habent terram ſupra ſe. Stat: non mouetur. Chaos: illa confuſio.

Denſum: tenebroſum. Silentis: quia ibi omnia tacent: non ſunt uenti ſtrepentes; nec animæ uſum loquendi habent. Vacuæ nubes quæ nō faciunt pluuiam. Illo: ad illum locum. Ad id: eum locum.

Vnde: a quo loco. Quid iuuat: quid oportet ut acceleremus mortem noſtram opponendo nos uariis periculis hoc nō debemus facere: ſed uiuere diutius quam poſſimus. Durum: inexorabile. Fatum: mortem. Faciet uella nauigabit. Cocyto: omnes enim tranſibimus per illam uiam. Inerti ſtagnanti quia non mouetur. Tibi: o mors quicquid eſt in mundo creſcit: quia ut inquit Sal. Omnia orta occidunt: & aucta ſeneſcunt. Parce uenturis: ſcilicet ad te ideſt o mors noli nimium properare: quia ſumus omnino tui: & ad te ueniemus. Licet ſis ſegnis: quamuis ſis tarda: tamen quotidie currimur ad te.

Prima hora: in qua nati ſumus. Carpſit: illam & incipit diminuere uitam noſtram. Thebis: iam reuertitur ad principale propoſitū de laudibus herculis: digreſſio iſta conceſſa choro: modo dicit ad thebanos ut faciant ſacrificia: & diis gratias agant qui fecerunt ubique Herculem uictorem: Verſus eſt glyconicus ab inuentore coriambicus etiam a pede. Scanditur duobus modis. Primo modo ſpondeo: & duobus dacty. Alio modo facis unum ſpondeum: & unū coriambum: & unum pirrhichium. Tangite: ſacrificate quia ſacrificantes manibus aras tangebant. Agitent choros: choreas ſolebant in ſacris ſaltare ad læticiam. Et qua ſol medium: ab oriente & occidente: & in meridie quæſita eſt pax māu Herculis. Vmbras negat. Eſt ciuitas ſyene in confinibus æthiopiæ & ægypti. & teſte Plini. ſecundo natu. hiſto. ſupra alexandriam uerſus meridiem. l. milium ſta. ac ut ſcribit Macrobius ſecundo ſuper ſomnium Sci. directe locata eſt ſub tropico eſtiuo ideſt ſub cancro in extremo torride zonæ: quare cum ſol ad cancrum uenit in medio ſolſtitii die ſupra uerticem ciuitatis cadens nullam prorſus in ea umbram efficit. Quod Lucanus tetigit in ſecundo. Vmbras: nuſquam flectente ſyene: hoc ē per dies ſolſtitii. Tethyos: tethys uxor oceani: ſed ibi pro ipſo mari oceano ponitur. Syene

BER. ℭ Stantes: datur locus ſequenti ſcene: redibat lætus Hercules de uictoria Lyci. Sacrificus: & ſacrificulus appellatur rex ſacrorum: a ſacro quod eſt deo dedico & ſacrū facio. Stantes: horridas & incultas. Populo: fronde populi arboris; qua coronatus fuit uadens ad inferos: unde dixit dilecta.

Vltrice dextra fuſus aduerſa lycus
Terrã cecidit ore. tũ qſqs comes.
Fuerat tyrãni iacuit: & pœne co-
Nũc ſacra patri uictor & ſupis ferã. (mes
Cæſiſq; meritas uictimis aras colam.
Te te laborum ſocia & adiutrix precor
Belligera pallas: cuius in leua ciet
Aegis feroces ore ſaxifico minas
Adſit lycurgi domitor & rubri maris
Tectam uirenti cuſpidem thyrſo gerens
Geminũq; numen phœb⁹ & phœbi ſoror
Soror ſagittis aptior. phœbus lyræ.
Fraterq; quiſquis incolit cœlum meus
Non ex nouerca frater huc appellite
Greges opimos: quicquid indorum ſeges
Arabes odoris quicquid arboribus legũt
Conferte in aras: pinguis exudet uapor.
Populea noſtras arbor exornet comas.
Te ramus olæ fronde gentili tegat
Theſeu: tonantem noſtra adorabit manus
The. Dii conditores urbis & ſilueſtria
Trucis antra ceti nobiles dirces aquas

Vltrice dextra. Iam reuertiť Hercules poſt mortem Lyci: & eſt principiũ quarti actus: in quo ponitur furor herculis: & ibi notandum ẽ qđ in ſcena nunq̃ oſtendiť mors: ſed narrať ne forte ſpectatores terrenť. Ibi quattuor pſone ĩtroducunť Hercules Theſeus Amphytrio & Megæra. Primo hercules poſt uictoriã de lyco uocat deos: & pparat ſacrum. Fuſus: mortuus: Aliqñ fugatus: aliqñ iacens: & fuſus humi. Pœne: ſupplicii. Belligera pallas: hanc dicunt poetæ iouis filiam ſine
Pallas matre: ita cũ iuppiter uideret iunonẽ uxorem non ferentẽ filios pcuſſo ſibi capite palladem armatam emiſit: dicente Lucano lib. ix. Hanc & pallas amãt patrio quæ uertice nata eſt & Ouid. lib. faſtoꝝ. iii. An qa de capitis fertur ſine matre paterni Vertice cũ clypeo pſiluiſſe ſuo hãc eãdẽ Cice. li. de na. deoꝝ. iii. belli fuiſſe inuentricẽ ac principem dixit. Hanc toruã oculis & armis inſignẽ: longãq; cũ clypeo criſtalino ferre haſtam & pictũ habuiſſe peplũ dicunt poetæ. Quin & uirgo fingiť: & ipſi uirgini Gigas noie pallas Titani filius deorũq; inimiciſſimus uim inferre tentaret: illũ uirgo ſua uirtute pemit adeoq; ĩteremptoipſa poſtea pallas dicta eſt. Nã prius tritonia dicebať: qa iuxta tritonidis paludẽ primitus compta: dr: qui fluuius eſt lybiæ. Alii aũt eam uolũt a pallo uerbo græco dictã qđ apud nos uibro. & cõcutio interpretať: eo q; haſtã uibraŕ cõſueuerit docueritq;. Fuit ẽt cognominata quaſi uim ipſa mineť: ut eſt apud Cice. lib ii. de na. deoꝝ. Alii uero quaſi minuens neruos. eo qđ q optimis artibus ueꝝ laborem impendũt uires corporis minuere dicanť. Nã ipſa eadẽ ſapientiæ dea. Et oium bonaꝝ artiũ ĩuẽtrix appellať: teſte Oui. li. iii. fa. Egis nomen ipſius ſcuti palladis. Leua: ſiniſtra. Ciet: mouet. Ore ſaxifico: uultu meduſeo: ĩ eo ſcuto erat caput meduſæ q̃ uertebat hoies in ſaxa. Adſit ly. i. bacchus q ſupuit lycurgũ hic fuit rex thragũ q bacchũ deũ eſſe negabat ob qđ dũ conareť uites incidere crura ſibi amputauit. Rubri ma. hic primus idiam deuicit: unde dixit rubri maris domitor. i. eurythrei græ. erythrõ rubrũ dicunt uñ teſte Soli. ab harenarũ colore mare erythreũ appellatũ eſt. Virenti pãpineo: ut ſupra diximus. Geminũq; numẽ: gemini dei: ſed pprie numẽ eſt dei uoluntas. Vir. Non hæc ſine numine diuũ eueniunt. i. ſine uolũtate tractũ eſt a nuo qđ ueteres p uolo uſurpabant: nã pprie nuere ẽ ſigno capitis uoluntatẽ ſuã oñdere a quo nutus ſignũ: qđ capite dať: & uolũtas q̃ ex hmõi ſigno declarať: aliqñ numẽ p ptãte dei dr. Vir. Muſa mihi cãs memora quo numie læſo: aliqñ poiť p ipo deo Vir. Spo eq dẽ mediis: ſi qđ pia numia pñt ſupplicia hauſuꝝ ſcopulis. Phœbus appollo: & ſoror Diana q̃ ob uirginitatis amorẽ hoium cõſortiũ dr aufugiſſe & uenãdo ſiluas ac mõtiũ ſaltus incolebat. Quare cũ arcu & pharectra illã iceſſiſſe ferũt: quã uirgines pſes ſiſi ppoſito ſeqbãť: dicete Vir. Qualis ĩ europæ ripis: aut p iuga pĩdi. Exercet diana choros: quã mille ſecutæ hic atq; hinc glomerãt horreades: illã pharectrã fert humero.
Phœbus ly. nã cytharã pulſans qua a Mercu. donatus fuerat muſis cãctibus p̃erat. Frater: qa & ipſe her. erat filius iouis: uñ fr̃es ſuos: ſed nõ ex iunone natos. Appellite: admouete appropiquare. Var. exiſtimat pprie appellere dici: cũ ex pelago: aut a flumie q; ad littus acceſſerit. Vir. hinc me digreſſũ ueſtis deus appu-
Apellare lit. Appello ẽt a plico. Teren. Aium ad ſcribendũ appulit. Appello appellas primæ cõiugatiõis aliud ſignificat. Greges opimos: pingues opimus diues: pinguis dr: uñ opima ſpolia dñr q dux duci rapit & opie aduerbiũ abundanter. Indoꝝ ſeges: india regio eſt oriẽtalis aſiæ termius: q ab indo flumie nomẽ aſſumpſit qui ſolus: teſte Hero. li. iiii. poſt nilũ crocodilos pducit ab oriẽte ĩcipiẽs uſq; ad Aſiã ex occidẽtali pte ptẽ-
DAN. diť ex meridiana uero uſq; ad indicũ maŕ: ex ſeptẽtrione uero uſq; ad caucaſũ hæc regio aromatũ ferax ẽ.
¶ Vltrice dextra ĩcãdiť metro iãbico trimetro Euripido. quarta eſt epitaſis huius fabulæ. Her. ĩcipit mõ inſanire dũ de lyco ſupato rẽ diuinã facit. prio agiť de furia her. deq; iis oibus q̃ geſſit furẽs: deide chorus hoc deplorat infortuniũ eo in loco lugeat æther &c. Aegis ſcri. Honoratus ægida dici loricam ex ære qñ hois pectori coheret. cũ uero diuinũ pectus opit: appellari ægida: ad qđ pulchræ canit Martia. Dum uacat hæc cæſar poterit lorica uocari: Pectore cũ ſacro ſederit ægis erit: pprie tñ & peculiariter dať ægis palladi meduſeo capite ĩſignita: idcirco meduſea dea ab eodẽ Mart. denoiata ẽ. Ipſa meduſeæ quo tumet ire deæ.
BER. ¶ Arabes: arabia regio ẽ iudea ab ægypto determinãs hãc ap ptolæmeũ: ĩ Geographia triplicẽ ĩuenimus .ſ. fœlicẽ q̃ ea eſſe uŕ quã Pli. palã ẽẽ dixit ĩter trigim & uephratẽ in arabia fœlici ciuitas metropolis ĩ mõte ſita ẽ Saba ita appellata a potu ſebe ĩ qđ ẽ ſacrificare: qa thus mittit quo ĩ ſacrificiis utuŕ. Odoris. i. odoratis ferẽtibus aroata. Legũt col. Vapor: fumus. Frõde gẽ. i. pria gẽtẽ appellamus nationẽ ĩterdũ faĩliã ĩ



Larem qui regis aduenæ tyrium colis
Her. Date thura flammis
Am. Nate manantes prius manus
Cruenta cæde & hoſtili expia
Her. Vtinam cruorem capitis inuiſi dies
Libare poſſem gratior nullus liquor
Tinxiſſet aras uictima haud ulla amplior
Poteſt magiſq; opima mactari ioui
Quã rex iniquus. Am. Finiat gẽitor tuus
Opta labores detur aliquando ocium
Quiſq; feſſis. Her. Ipſe concipiã pces
Ioue meq; dignas ſtet ſuo cœlum loco
Telluſq; & æther: Aſtra inſenſos agant.
Aeterna curſus: alta pax gentes alat.
Forum omne teneant ruris innocui labor
Enſeſq; latant: nulla tempeſtas fœtum
Violenta turbet nullus irato ioue
Exiliat ignis nullus hyberna niue
Nutritus agros amnis euerſos trahat.
Venena ceſſent: nulla nocituro grauis
Succo tumeſcat herba non ſæui ac truces
Regnent tyranni: ſi quod etiam eſt ſcelus
Latura tellus properet: & ſi quod parat.
Mõſtrũ meũ ſit ſed qd eſt hoc mediũ diem
Cinxere tenebre phœbus obſcuro meat
Sine nube uultu: quid diem retro fugat
Agitq; in ortus: unde nox atrum caput
Ignota profert: unde tot ſtellæ polum
Implent diurnæ: primus en noſter labor
Cœli refulget parte non minima leo:
Iraq; totus feruet & morſus parat:
Iam rapiet aliquod ſydus: ingenti minas
Stat ore & ignes efflat & rutilat iubam
Ceruice iactans quicquid autumnus grauis
Hyemſq; gelido frigida ſpacio refert
Vno impetu tranſiliet: & uerni petet
Franget tauri colla.
Am. Quid ſubitum hoc malum eſt:
Quo nate uultus huc illuc acres refers.
Acieq; falſum turbida cœlum uides.
Her. pdomita tellus tumida ceſſerũt freta
Inferna noſtros regna ſenſere impetus.
Immune cœlum eſt dignus alcide labor.
In alta tumidi ſpacia ſublimis ferar.
Petatur æther: aſtra promittit pater.
Quid ſi negaret non capit terra herculem

de gentiles dicuntur oliua arbor athenienſium qa in certamine palladis & neptuni nois urbi nata dr oliua pro pallade: qđ ſignũ erat pacis. Dii cõditoris. Similiter theſeus lætus de uictoria herculis inuocat deos o dii conditores. ſ. urbis thebanæ. Antra ceti: & tu q colis. i. habitas antra ideſt ſpelũcã ceti cretis ubi cadmus interfecit illum ſerpẽtẽ qui erat in fonte ad quẽ mittebat ſocios hauſtũ aquas & eos oẽs interficiebat: quare cognita cadmus eũ confundit & eius dentes ſeminauit ut rem totã Oui. exequiť cetum appellauit
ppter magnitudinem nam cete maiores piſces ſunt in Cete
mari: non ouũ ſed aial parturiẽtes qđ nulli ex prauis accidit p̃terq̃ renæ Vir. imania cete. inde ceteri piſcatores dicunť ut Varro teſtať & etiam qui uendunt & quæ colis iteꝝ ſupple. Aquas dirces. Dirce ux[...] ci thebanoꝝ regis non iſtius quẽ nunc occidit her[cu]les q cum prius Anthiopam haberet uxorẽ: quæ a io[...]ue conuerſo in formam ſatyri grauidata fuerat illam uelut adulterã lycus dereliquit: & dircẽ ſupinduxit hæc ſemel in ſuſpitionẽ abducta ne cũ ea lycus cõcubuiſſet ipſam anthiopã: in carcerẽ fecit q̃ inſtante partus tpe & agente ioue uincula rupit ac in mõte cytherone pariens natos expoſuit: quos paſtor inueniens p ſuis educauit ſed tractu tpi a matre recogniti & in ultionẽ iniuriaꝝ inducti lycum interfecerunt: & thebanoꝝ regno occupato. Dircẽ nouercã indomitoꝝ tauroꝝ caudis diſtrahenda alligarunt q̃ cum uſq; ad locũ limpidiſſimi fontis illatã traxiſſet: poetæ fingunt in fontẽ ſui nois conuerſam fuiſſe: qa dixit Ouidi. in Ibin. Perq; feros montes tauro rapiẽte traharis. Vt tracta eſt coniunx impioſa lyci. Larẽ regis aduenæ. i. domum cadmi qui de tyro urbe phœniciæ uenit. Expia: amphytrio mouet ut priuſq̃ incipiat ſacrificium ſeipm inundet. expia: purgate. Capitis inuiſi: odioſi a uerbo paſſiuo inuideor. Cic. diis hoibuſq; ĩuiſus.
Libare: ſacrificare. Ipſe cõcipiã pces: rñdet herc. ſapienter Amphytrioni qui ſuadebat illi ut qetem oraret a ioue. Nullus ignis: nullũ fulmẽ. Monſtrũ me ſic. i. contra me. Sed quid. Dũ ita loquereť herc. eũ furia exagitare cœpit unde inſanienti uidebanť multa falſi q̃ in textu. Vnde: ex qua cã. Ignota: qa ĩ medio die non naſciť nox. Diurnæ: q̃ ſolẽt eſſe nocturnæ. Rutilat: uibrat unđ rutilãtia ſydera dicimus qa uidenť mouere radios ſuos. Quicq̃d uideť: qđ ille leo uelit facere unũ ſaltũ nam in zodiaco ſunt. xii. ſigna & tria ex ipſis habet quelibet pars anni ĩter taurum & leonem ſunt omnia ſigna quæ faciũt hyemẽ: ideo dicit quod faciet unum ſaltũ ita magnũ qđ ſalietuſq; ad tauꝝ. Autumnus grauis: quia tempus ẽ læthifeꝝ: ut iuuenalis. Quod themiſum ægros autũno occiderit uno. Vno ĩpetu. uno ſaltu. Tauri uerni: nã ſignũ tauri ad qđ ſol deciotertio Calẽdis maii tranſit ut Virgi. in georgicis. Candidus auratis apetit cũ cornibus annũ. Taurus. Falſum cœlũ: ppter qđ dixerat hercules ſe uidere leonẽ & ſolem obſcuratũ.
Perdomita loqtur ex furore hercules: ſupaui oia monſtra quæ in terra & mari & inferis: reliquũ eſt ut accedam cœlum. Immune: intentatum uiribus meis: appoſitiue labor dignus alcide. i. hercule. Sublimis: leuatus a terra. Mundi: cœli. Pater iuppiter.
Quid ſi quaſi ſi nolet dare mihi cœlum ego rapiam per uim qa a terra nõ capit me: nõ eſt capax mei.

Tandem: poſt múltos labores. Reddit. ſ. me. ſm Platonicam diſciplinā qui teſtabaſ oēs aīas deſcēdiſſe de cœlo. En. ecce fantaſiā repentinā uidebaſ deo ipm uocare ad cœlū unā tñ iunone nouerca uetāte. Cetus: turba. Laxat: apit. Recipis uertit ſermonē ad ipſam iunonē uis ne recipere ſponte me: aut ui. Recipis. ſ. me o Iuno. Et referas aperis mihi. Polū cœlū. An traho frango ut p uim intrem. Cōtumacis mūdi cœli ſupbi: & indignātis me recipe. Dubitaſ ēt uidebaſ her. qd iuno tardaret ſibi apire: iō roinaſ. i. tu ſtas in dubio an déas apire. Vincla ſaturno exuā diſſoluā loquiſ ſm opi. poetaꝝ q dicūt ſaturnū a ioue regno pulſum apud inferos relegatū fuiſſe dicente Oui. li. i. meta. Poſtq̄ ſaturno tenebroſa in tartara miſſo: ſub ioue mundus erat ſubiit argētea ꝓles. Auū: patrē patris mei iouis. Impii: crudelis uel in me uel in patrem ſuū. Impotēs: crudele cœlū. Titātes: gigantes de qbus diximus qd auſi ſunt manibus reſcidere cœlū. Iuga colles plena centauris de qbus itidē dictū ē.

Agā: faciā. Limitē: iter. Mōte gemino: uno poſito ſupra aliū. Chirō cētaurus quē ſaturnus cōuerſus i equū ex phillire genuit ut Vir. li. ii. geor. Talis & ipſe iubā ceruice effudit eqnā: Cōiugi ſaduentu pnix Saturnus & altū: Pelion hīnitu fugiēs ipleuit acuto: nā cū eā nymphā cōprimeret ops eius uxor ſupuenit: & ipſe in equū cōuerſus eſt hic chirō fuit iuſtiſſimus & magni achillis pceptor. Pelion montē theſſaliæ: ſilr oſſa & olympus eius regiōis ſunt mōtes. Tertio gradu: nā oſſa ſub pelio ſupra peliū. iii. gradu olympus.

Peruēiet: p ſe aut mittaſ p uim. Infandos: ipios qa cōtra deos. Auerte: remoue inqt amphy. redarguendo her. qd licet magnanimi ſit appeteꝛ cœlū ſed iſto mō uelle iſani hois eſt. Cōpeſce: repric. Quid hoc her. nō audit patrē ſed inſanies clamat repēte ex fantaſia ſeſe uidere gigantes pugnātes cōtra deos: & tytium de quo ſupra eſt dictū: rupiſſe uincula & ab inferis rediiſſe. Inane: ſine iocinore qa uulſ illud corroſerat. Prope. ſ. pugnādo ſupra illos mōtes. Cytherō mons iuxta thebas. Pallene: ciuitas eſt archadiæ de qua Ply. lib. iiii. na. hiſto. eſt alia in macedōia quā patriā porthei fuiſſe ſcri. Vir. iiii. geor. hīc nunc æmathiæ portus patriāq; reuiſit pallenē. Alta in mōtibus ſita eſt ibi cōgregati ſunt gigātes pugnaturi cōtra iouem. Marcēt: pdiderunt ſuā amœnitatē. Tēpe de qbus diximus neutri generis: & ideclinabile: habetq; tātū pſale. Pidi mōtis theſſaliæ. Hic alius gigas. Oetham montē q eſt inter theſſaliā & macedonia famoſus morte & ſepulchro herculis: de quo Plini. li. xxi. na. hi. hellebori fertilis eſt. Erynnis: facit in plurali erynnes ſunt furiæ infernales. Horrendū: ꝑhorrēda; qa furiæ armatæ ſunt facibus & ſerpētibus. Sudes: palū ligneū: hoc eſt facē ſucceſſam ex infœlici igne rogi ubi cōburūt cadauera. Propius: uicinius. Sæua the. uallata circūdata et uidetur uidere furiā thyſiphone ad cuſtodiā plutonis adeſſe cū face ioco cerberi raptiame. Portam: inferni. Vacātē ſine cuſtode. Sed ecce: uide aliā fantaſiam herculis: uidebaſ illi uidere filios lyci: & ſui erant proprii quos miſerabiliter interfecit. Reddent patri. lyco quem interfecit & illi faciam uos comites ad umbras.

Tandemq; ſuperis reddit: en ultro uocat
Omnis deorum cetus: & laxat fores
Vna uetante/recipis & referas polum:
An contumacis ianuam mundi traho.
Dubitatur etiam/uincla ſaturno exuam
Contraq; patris impii regnum impotens
Auum reſoluam/bella titantes parent
Me duce/furentes/ſaxa cum ſyluis feram
Rapidaq; dextra/plena centauris iuga.
Iam mōte gemino limitē ad ſupbos agam.
Videat ſub oſſa pelion chiron ſuum:
In cœlum olympus tertio poſitus gradu
Perueniet aut mittetur.
Am. infandos procul auerte ſenſus
Pectoris ſani parum
Magni tñ/compeſce dementem impetum.
Her. qd hō gigātes arma peſtifera mouēt.
Profugit umbras tytius: lacerum gerens
Et inane pectus: quam ꝓpe a cœlo ſtetit.
Labat citheron/alta pallene tremit
Marcentq; tempe/rapuit hic pindi iuga
Hic rapuit œtam/ſæuit horrendum minax
Flāmifera erynnis uerbere excuſſo ſonas
Rogiſq; aduſtas ꝑpius ac propius ſudes
In ora tendit/ſæua tiſiphone caput
Serpentibus uallata/poſt raptum canem
Portam uacantem clauſit oppoſita face.
Sed ecce proles regis inimici latet
Lyci nefandum ſemen: inuiſo patri
Hæc dextra iā uos reddet: excutiat leues

Pallene

DAN.

¶ Vīcla ſaturno: Appollodorus ait ſaturnū alligari p annū laneo uīculo: & ſolui ad diē ſibi feſtū. i. mēſe decēbri atq; ide puerbiū deos laneos pedes hr̄e Verrius flaccus dicit ſe ignorare cām cur ſatur. i cōpedibus ſit: phyſici aſſerūt ſpma in utero aiātiū i uitā grādeſcere qd dū i lucē exeat mollibus naturæ uinculis detinet: ſed hic alr accipit ligatus ſatur. Bella titanes pa. māifeſto tenet iſania her. qd copiat ꝓ illis pugnare cōtra quos ſemel defendit cœlū: gigantes. n. iteremit her. cū cœlū ꝓpugnaret ut ſcri. Theodo. p qd ſignat uirtute ſolis ſpiritum oculi tenebraꝝ. Tempe ſyla in theſſalia per quā labitur peneus arbor deſitate & uiridi ſolo amœniſſima: odoris floribus & roſaꝝ uarietate ſuauiſſima: qualem Ouid. lepide circum ſcri. in primo meta. Marcent. i. putreſcunt: eſt. n. marcere putreſcere qm̄ q attenuant macie facile putreſcunt inde Marcor ut placet Var. & Papi. appellat libeꝝ patrē marcidū: marcidus edomito bellum referebat ab æmo.

BER.

¶ Neruus: corda arcus. Excutiat: emittat. Quo ſe: ea q ſunt crudelia nō fiunt in ſcœna: iō nūc Amaphytrio: quo hercules accepit ſagittas: declarat. Quo in quā pte. Cœcus: q nō cognoſcit qd agat. Inuergit: uertit



Coactis: quaſi ſimul iunctis. Arūdo: ſagitta. Fugit: trāſiuit. Eruā: inſanies hercules iteꝝ inqt. Eruā: extrahā ex latebris oēm ꝓlē lyci: & oēs latebras & loca abdita pſcrutabor: ne aliquē ex eo gñe reliquā poſtea i bo micenas q̄ pria erat euriſthei ut eius domū quoq; deſtruā q mihi tot mōſtra ſupanda impauit. Cyclopeia ſa. magna mœnia micenaꝝ: poetæ qñ uolunt dicere rē bñ fabricatā dñt eā arte cyclopū factā. Sic Vir. in. yi. æn. Mœnia celſa uides cyclopū educta camis: Cyclopes aut erant uiri gigantes q in ſicilia iuxta ætnā degentes unicū in medio frontis hēbant oculū: fuerunt & alii tres famuli uulcani i Lipare q ioui fulmia fabricare dicebāſ: quoꝝ noia Vir. uno uerſu deſcribit: Brōtes ſteropeſq; & nudus mēbra pyragmō. Aula: regia euriſthei. Diſiecto: fracto peſſulo & obſtaculo. Poſtes: ualuas iāuaꝝ dicti qd ſtēt poſt oſtia. Vir. Belli ferratos rupit ſaturnia poſtes: poſtica & p diminutionē poſticula eſt oſtiū ipm. Apu. p q̄dā breuē poſticulā itrouocat me: poſticū āt eſt oſtiū i poſteriore pte ediū ueteres ēt appellauerūt uicinū hitātē i poſteriore pte domus: poſticū & oīa q poſt nos ſunt poſtica dixerūt: ſicut q ſunt añ antica dñr. Columē: ſūmitas tecti a culmis paleaꝝ qa antiq faciebāt tecta de culmis paleaꝝ. Labet: ruat labare ruere & repēte cadere Vir. Labat ariete crebro iāua: a quo fit labaſco Terē. labaſcit uictus uno uerbo. Procūbat cadat ad terrā. Gnaꝝ: abditū filiū lyci abſcōſū. En diximus q ea q uident crudelia nō repñtanſ i ſcœna: iō hic amphy. oñdit q̄lr her. filios iterfecerit. Tēdēs: porrigēs ille puus filius. Horridū: terribile ad aſpiciēdū: accepit manū pueri & ter circūcirca uoluit & illū illiſit parieti. Rotatū: circūcirca uolutū. Illi: pueri. At miſera uidēs megæra filiū iterfectū cū altero fugit ſed eā ſeqſ her. Furēti. ſiſis q̄ſi iſana & furiata ex dolore. Petet: iuadet. Et feret: auferet: licet cōfugias i cōplexū iouis: ego te ide eripiā. Parce: ſiſtit megera ex uerbis Am. & ſe cōuertit ad her. Hitus: forma tibi ē ſiſis: ē. n. hitus corpis diſpō: uel piguis uſ macer. Reddit: repñtat. Teneo no. hēo i māus meā nouercā: putabat her. eā cē iunonē. Seqre. ſ. alios moriaris ēt tu.

Da: ſuſtie. Mihi: cāmea. Iugo: turpi mr̄imonio q̄ſi ſeruitute. Libera. ſ. morte tua. Mōſtrū: appellat illū filiū mōſtrū. Añ ma. añq̄ iterficiā te. Tuū: ſanguinē filii tui q ſanguis ē tuus. Pauefactus: amphy. declarat qd geſtū ſit: dicēs qd puer mortuus ē ex tiore: añq̄ pcuſſus. Igneo: pleno furore. Spm̄: uitā. Libraſ: eleuaſ. Claua: ſtipes quē geſtabat. grauis: magni pōderis. Trūcus. ꝓprie corpus ſine capite. Virg. iacet igēs littore trūcus. Nuſq̄ qa ita tritū fuerat qd nō uidebaſ. Cernere poſtq̄ oīa ſūt pfecta am. loqſ ad ſeipm dicēs. o am. nimis uxiſti ut uideres tātā calamitatē tuoꝝ ſed ſi piget luctus ſi nō uis pati iſtū: potes ēt tu mori & ita cōuertit ſe ad herculē ut ipm quoq; interficiat. Indue: uade cōtra tela hercu. ut pectus trāſfigat. Vel. ſti. clauā. Illitū cœde: tīctū ſanguīe.

¶ Inuergit: in ꝓprie dictū eſt ſi qdē & inuergere conuerſa māu i ſiniſtrā uinū ita fūdere: ut patera cōuertaſ: eſt aūt uerbū ſacroꝝ ad inferos ptinētiū de quo poeta frontiq; iuergit uina ſacerdos: & uergere ē aliqñ uertere. Rotatū: miſit i meo uetuſtiſſimo codice lego miſſitat & ſane qdē ut cōueniat ſignatū. Verbi cū freqñtia pticipii ut ſit & furēs. ſ. her. miſſitat circa pueꝝ rotatū bis & ter. cōis tñ trecentoꝝ textuū lectio hēt miſitat illi caput &c. Pauefactus: miſerandus amphytrio maluit iā mori ſenex infortunatus q̄ tot calamitatibus ſupuiuere ut q uideat inſaniā filii: cædem nepotis & nurus ſanguinariā iō fruſtra ipediente theſeo herculi fit obuius & ut ipſe pariter occidatur.

Poſticula

DAN.

Neruus ſagittas tela ſic mitti decet
Herculea Am. Quo ſe cœcus iuergit furor
Vaſtum coactis flexit arcum cornibus.
Pharetramq; ſoluit/ſtridet emiſſa impetu
Arundo/medio ſpiculum collo fugit
Vulnere relicto. Her. Cæterā prolē eruā:
Omneſq; latebras/qd moror: maius mihi
Bellum micēnis reſtat & cyclopea
Euerſa manibus ſaxa noſtris concidant.
Huc eat & illuc aula diſiecto obice
Rumpatq; poſtes/columen īpulſum labet/
Procūbat omnis regia/hic uideo abditum
Gnatum ſceleſtis patris
Am. En blandas manus ad genua
Tendens uoce miſeranda rogat
Scelus nefandū triſte ac aſpectu horridum
Dextram precantem rapuit & circa furens
Bis ter rotatum miſſitat illi caput
Sonat cerebro tecta diſperſo madent/
At miſera paruum protegens natum ſinu
Megara furenti ſimilis e latebris fugit
Her. Licet tonantis ꝓfuga condaris ſinu
Petet undecunq; temet hæc dextra & feret
Am. Quo miſa pgis q̄ fugā aut latebras petis
Nullus ſalutis hercule iſeſto ē locus
Amplectere ipſum potius & blanda prece
Lenire tēta: Megara parce coniūnx pcor
Agnoſce Megarā: natus hic uultus tuos
Habituſq; reddit cernis ut tendat manus
Her. teneo nouercā ſeqre: da pœnas mihi
Iugoq; preſſum libera iam turpi iouem
Sed ante matrē puulū hoc mōſtrū auferā
Me. Quo tēdis amēs ſanguinē fūdēs tuū:
Am. Pauefactus infans igneo uultu patris
Perit: aute uulnus ſpiritum rapuit pauor/
In coniugem nunc claua libratur grauis/
Perfregit oſſa: corpori trunco caput
Abeſt: nuſq̄ eſt: cernere hoc audes nimis
Viuax ſenectus ſi piget luctus: habes
Mortem paratam/pectus in tela indue
Vel ſtipitem iſtū cœde monſtrorum illitū

BER. ¶Conuerte.ſ.o hercules. Falſum:non uero̴:quia iuppiter eſt uerus parens: ideo dicit ac turpẽ in deco̴ꝝ tuo noĩ tuæ excellentiæ. Ne loquiᵗ de ſeipſo in tertia perſona. Obſtrepet:ſit cõtrarius:& infamia tuis laudibus & ita dicẽdo occurrebat her.ut ipm quoq; interficeret:ſed theſ.eũ retinet dicẽs o amphitrio plus ſatis eſt ꝙ hercules filios & uxorẽ interfecerit:fuge ne addat ẽt hoc ſcelus:ut interficiat patrẽ. Bñ hẽt:dictũ eſt qñcũq; cõſecuti ſumus uotũ noſtrũ credebat Her.ſe totã familiã lyci deſtruxiſſe. Coniũx io. Iuno hic ſeruat deco̴ꝝ:qđ tãq̃ furẽs non firmat ꝓpoſitũ:qa ſupra dixerat ſe interfeciſſe iunonẽ:nũc aũt dicit qđ illi ſacrificiũ pegit. Te digna:tibi cõuenientia qa tu es nimiũ crudelis & delectaris ſemp ĩmanitate. Argos ciuitas:ĩ plurali ẽ gñis maſculini:ibo argos & ibi mactabo ẽt euryſteũ tãq̃ uictimã. Nõdũ li. ſacrificaſti. Cõſuma:pfice:uñ uiꝝ conſumatũ appellamus pfectum:& eſt ꝓprie qcqd ad finẽ ducere & primæ cõiugationis eſt uerbũ. Stat.loqᵗ de ſeipſo.ſtare dicimus uictimas qñ ſponte ante aras ſtant ſine uinculo:& eo mõ eas dicimus placere deo aliter non ſacrificabanᵗ. Inſequor:uolo oĩno ꝙ interficias me. Quid.hoc ẽ dũ iſta loqreᵗ amphitrio cœpit hercules oculos flectere ſomnũ & totus tremebat:qđ uidens ipſe amphitrio ita miratur dicens ne erat mihi uiſus qđ uideam herculẽ trementẽ. Acies luminũ oculo̴ꝝ meorum. Mœror:mens dolor. Ebetat. obtenebrat. Ceruix.collũ. Submiſſo:capite inclinato. Labat:cadit. Ornus ingens arbor & ſeruat ſimilitudinẽ. Moles:ingens rupes decidens ex montibus: q̃ poſt magnitudine quaſi portum faciat in mari:ita hercules grauis cadebat in terrã. Viuis:appropinquans amphytrio inqt es ne uiuens O nate: nã idẽ furor q̃ iterfecit tuos teipm quoq; pemit. Leto.morti. Sopor eſt:uidet qđ dormit:qa ſtertebat. Reciprocos:qa ſpũs ibat & redibat:ut fit p eandẽ uiã p nares & os. Motus:ſtrepitus. Spũs flatus her. Agit. ducit. Deſtẽ. dimittamus eũ dormire:ut forte furor cædat. Vix. uiolẽtia. Morbi:furoris. Victa:pulſa. Leuet.alleuiet. Remouet ipat am.ſuis ut arma her.dormiẽti ſubmoueant:ne forte exprectus ite̴ꝝ iſanies illa repetat. Lugeat æt. introduciᵗ chorus inuitans oẽs: & imprimiᵗ elementa ad luctũ qđ herc.in tantam inſaniã deductus fuerit deinde rogat deũ ſomni ne exciteᵗ niſi prius liberatus ſit a furore. Verſus eſt anape.ab anape. pede.conſtat.iiii.pedibus recipit ẽt dacty.& ſpon. & multotiẽs inuenies ſine ullo anape. Lugeat æt.i.cœlum doleat:eſt.n.lugere ꝓprie in luctu eſſe. Eſt aũt luctus dolor cũ fletu:quẽ ex morte cuiuſq; chariſſimi concipimus:unde apud Liui. ſcri.ii.bello pu. poſt cladẽ illã cãnenſem:pr̃es conſtituiſſe ne fœmĩe ultra.xxx.dies in luctu eſſent hoc eſt ne lugubri habitu pſeuerarẽt. Patres.iuppiter. Ferax.fertilis a ferendo. Mobilis inſtabilis. Tu q.ſ.ſol.Qui fun. ſpargis. Per tra.regiones & plagas:tu q illuminas maria & terras. De coro.pulchro. Feruide ti. calide ſol. Tecũ.reddit rõnem quia debeat lugere her. tecũ uidit obitus occaſum & ortus. Vtraſq; do.orientem & occidentem. Monſtris.ſ.liberate aĩum her.a tanto furore.

DAN. ¶Macta. pſiſtit in met. nãq; pmiſſum eſt nondum litaſti:conſuma ſacrum:mactare uerbum ppetuum ſacrorum:eſt.n.magis augere ſacra ꝓpterea fiunt ut augeatur fortuna ſalus & reliqua id genus: inde macte uirtute & macmentũ maius augmẽtũ teſte põpe. Moles nõ eſt ſimplex hic locus & ſenſus intelligiᵗ de fũdamento in mari iaciundo ꝙ ſolebat cõpactis tabulis & contignationibus qbuſdam ſupſtrui poſtea ſubductis tabulis magna ui cadens in aquã q̃rebat ſibi uiam & ſic ſua mole & grauitate firmabatur ut meminit horatius. Lugeat:carmẽ nonũ metro pindarico dimetro anapeſtico ſcriptũ hẽt & pſefert inſani & mobilis uulgi

Conuerte:falſum ac nomini turpem tuo
Remoue parentem/ne tuæ laudi obſtrepet
The.quo te ipſe genitor moti obuiũ ĩgeris
Quo pgis mens/pfuge & obtectus late
Vnũq; manibus aufer herculeis ſcelus
Her.bñ hẽt/pudẽdi regis excíſa eſt domus
Tibi hũc dicatum maximi coniũnx iouis
Gregem cecidi:uota uola perſolui libens
Te digna/& argos uictimas alias dabit.
Am.Nondum litaſti nate/conſuma ſacrũ.
Stat ecce ad aras hoſti/expectat manũm
Ceruice prona/præbeo/occurro/inſequor
Macta:quid hoc eſt/errat acies luminum
Viſuſq; meror hebetat/uideo herculis
Manus trementes/uultus in ſomnũ cadit
Et feſſa ceruix capite ſubmiſſo labat
Flexo genu/iam totus ad terram ruit
Vt cæſa ſiluis ornus aut portus mari
Datura moles:uiuis an lœto dedit
Idem tuos qui miſit ad mortem furor
Sopor eſt/reciprocos ſpiritus motus agit.
Detur quieti tempus:ut ſomno grauis
Vis uicta morbi pectus oppreſſum leuet
Remouete famuli tela/ne repetat furens.

Chorus loquitur.

Lugeat æther/magnuſq; parens
Etheris alti/telluſq; ferax
Et uaga ponti mobilis unda.
Tuq; ante omnes:qui per terras
Tractuſq; maris fundis radios:
Noctemq; fugas ore decoro
Per uide titan/obitus pariter
Tecum alcides uidit & ortus:
Nouitq; tuas utraſq; domos.
Soluite tantis animum monſtris
Soluite ſuperi rectam in melius
Flectite mentem/tuq; o domitor



uulgi opinionẽ quæ mõ herculis demẽtiã cõmiſerat atq; deplorat mõ filio̴ꝝ eius nefariã occidionẽ modo cupit her.reſipiſcere & ſui ſceleris pnia torqueri:mõ eodẽ ſemp inſanire ut ĩ ſceleris defenſionẽ excuſeᵗ furor.

BER. ¶Tuq; ſomne:uertit ſe ad deũ ſomni.eſt.n.ſomnus mõ deus ſomni ſic Marti.Et qa nulla uenit tu mihi ſomne ueni.Modo qetẽ ſignificat Vir.mors hoĩum facilis dulciq; ſimilima ſomno. Malo̴ꝝ:domitor qñ quis dolore ẽ affectus dormiendo cura̴ꝝ ſua̴ꝝ obliuiſciᵗ. Melior pars.qa qñ dormiᵗ nihil male agiᵗ. Volucres habẽs alas fingũt eũ alatum qa ſubito uenit. Genus aſtræ.filia aſtræ.quæ fuit teſte Arato aſtræi filii titani ex aurora filia quã ob diligentiſſimã eqtatẽ iuſtitiã appellatã dixit:nã cũ terras habitaret:ut inqt Oui. Nõdũ ut ſanos rabies nudauerat enſes.Nec cõſanguineis fuerat diſcordia nota hãc ferũt pp hoĩum ſcelus euolaſſe ad ſupos dicẽte Iuue.Vltima cœleſtũ terras aſtrea reliqt hic iõ ſomnũ filius iuſtitiæ appellat qa dormiendo nõ peccamus. Lãguide:ꝙ ſomnolẽti lãguidi & torpẽtes efficiunᵗ.Dure mortis inexorabilis quæ flecti nõ põt:ideo frater mortis qđ qes ut inqt Maro eſt ſimillima morti. Veris:q ſomniãt aliqñ uidẽt uera:& multotiens falſa. futuri auctor nũcius futuri boni.& interdũ mali. Pater o ſũme pr̃ q ſeruas quodãmõ oĩa in uita qa ipſe ſõnus alit digeſtionem:facit & uires reparat. Portus:refugiũ uitæ qa cõfeſſi ſumus:qeſcĩus in te. Lucis:laborũ q fiũt in die ſic Vir.ſub nocte ſilẽti:lenibat curas: & corda oblita labo̴ꝝ. Noctis:eo qa in nocte dormitur. Qui par.eqlis diuitibus.& paupibus iõ iuſtus. Lenis ſuauis. Pauidũ læti:timẽs mortẽ ſõnus eſt una res p quã diſcius nõ timere q̃ eſt cõſimilis ſomno. Lõga:quia mors dormitio æterna & ſõnus eſt tanq̃ mors. Alliget: ut tñ dormiat dõec digerat furorẽ. Artus i do.mẽbra herculis q nõ pñt uinci ab ullo. Præme tene. Graui torpore.maxia pigritia ne ſe leuare poſſit. Liquat.ſ.ſopor. Curſum motũ & gradũ quẽ hẽbat prius. En fuſus iacẽs dũ diceret chorus has pces hercules forte ſomniabat ſeſe mouẽs q̃ſi arma q̃reret. Volutat uerſat in mẽte. Nõdũ tãtus furor mũdiceſſit. Mãdare cõmittere. Graui põderoſæ. Põdera.i.ipſam clauã põderoſã. Vano qa illã nõ iueniebat. Eſtus:furorẽ aĩ. Sed ut põit ſilitudinẽ qñ mare iactaᵗ a uẽtis & illis ceſſantibus nõ tñ ſubito ceſſat motus unda̴ꝝ:ſic ille furor herculẽ adhuc agitabat. Vexara:agitata. Noto uẽ.meridiõali. Sed fit:corrigit qđ dixerat:ut reſtituereᵗ uerus ſenſus herculi ſed potius nũc eſt optãdũ:ut remaneat ĩ furoᵗ qa ſi peccauerit facile erit ignoſcẽdũ:cũ in furore neſciat qđ faciat. Cõcita pturbata. Motu ue.furore. Cecus q nõ p mittit eũ agnoſcere erratũ ſuũ. Eat: pſeueret. Solus furor ĩſania.pſtare facere ĩſontẽ ſine culpa. Sors pro. ſiſis conditio. Puris manibus ĩuiolatis:q̃ nõ cõmiſerũt aliqđ malũ. Neſcire:nefas ignorare ſcelus ſuũ:hoc eſt q peccãt p ĩſaniã ſunt ſiſes.nũc uero chorus mutãs ꝓpoſitũ uocat herculem penitẽtiã:ut pcutiat pectus tãtis uerberibus ut ſtrepitus audiaᵗ in terra mari.& cœlo. Mũdũ:cœlũ:qa ſuſtinuit cœlũ loco athlãtis:ut diximus. Victice manu.ſ.herculis: q uictor ubiq; fuit. Atri re. pſerpina regina obſcuri inferni. iũcta ligata ab ipſo her.Imo ꝓfundo qñ iſernus ẽ ĩ cẽtro terre.

DAN. ¶Sopne hæc dictio cõtra tritã & pfectã cõſuetudinem rectius p.p.añ.n.q̃ p.m.ſcribẽda eſt ſi.n.ut teſtaᵗ Gelli. in.xii.fit ab eo qđ eſt ὕπνος nos p.r.prio ſõnus deide p.v.græcæ latiæq; olĩ æ cognationem fit ſopnus nõ uideo cur ſit p.m.magis q̃ p.p.ſcribẽda hæc dictioniſi. ut placet qbuſdã muteᵗ.p.in.m.ad ſõnũ extat ap Oui.ſupplicatio uenuſtiſſima huic pene par.Sõne qẽs re̴ꝝ placidiſſime ſomne deo̴ꝝ. Pax aĩ. Trãqlla qes &c.pingiᵗ cum cornu qa irrepit nõ ĩtellectus. Volutat:ſõnia eſt ĩpẽs

Somne malorum/requies animi
Pars humanæ melior uitæ
Volucres matris genus aſtræ
Frater duræ languide mortis
Veris miſcens falſa/futuri
Certus & idem peſſimus auctor
Pater o rerum/portus uitæ
Lucis requies/noctiſq; comes
Qui par regi famuloq; uenis
Placidus feſſum leniſq; foue
Pauidum lœti genus humanum
Cogis longam diſcere mortem
Sopor indomitos alliget artus
Præme deuictum corpore graui
Nec torua prius pectora linquat
Quam mens repetat priſtina curſum.
En fuſus humi ſæua feroci
Corde uolutat ſomnia:nondum eſt
Tanti peſtis ſuperata mali
Clauæq; graui laſſum ſolitus
Mandare caput quærit uacua
Pondera dextra motu iactans
Brachia uano/nec adhuc omnes
Expulit æſtus/ſed ut ingenti
Vexata noto ſeruat longos
Vnda tumultus & iam uento
Ceſſante tumet:pelle inſanos
Fluctus animi/redeat pietas
Virtuſq; uiro/ſed ſit potius
Mens ueſano concita motu:
Error cæcus quo cœpit eat.
Solus te iam præſtare poteſt
Furor inſontem/proxima puris
Sors eſt manibus neſcire nefas.
Nunc herculeis percuſſa ſoſtent
Pectora palmis/nondum ſolitos
Ferre lacertos uerbera pulſent
Victrice manu/gemitus uaſtos
Audiat æther.audiat atri
Regina poli/uaſtiſq; ferox
Qui colla gerit uincta cathenis
Imo latitans cerberus antro

qdã ſoniĩ q̃ græ. ενυπνιον uocat̃: qñ qs metuẽs iminentẽ ſibi iſidiis uel ptãte pſonã aut icurriſſe ex imagie cogitationũ ſuaꝝ uideat̃ ut hic cõtigit herculi nec eſt idẽ ſomniũ qd inſomniũ ſiqdem inſomniũ credit̃ eſſe i ipſo ſomnio imago ſiue ipſum qd põt eſſe falſũ unde Maro ſed falſa ad cœlũ mittũt inſomnia manes.

BER. ℭ Chaos: cõfuſio infernalis ſed ꝓprie eſt elemẽtoꝝ ipſa cõfuſio cuius imaginẽ ap̃ iferos finxit Vir. Reſonet pp uerbera herculis. Profũdi: maris. Et q̃ qa in aere iterfecit aues ſtymphalidas: iõ æther ſenſerat eius tela Sẽlerat æt. hic uerſus admõicus. Pectora: q̃ fecerũt tãta mala. Leui: puo imo graui. Tria: cœlũ: mare: & infernus: plãctu uno pcuſſione unius Herc. Et tu: conuertit ſermonẽ ad arma herculis qd iuuẽt uerberare ipſum. Arũdo: ſagitta & ſingulare ꝓ plurali. Decus ac te. eſt appoſitio. i. ornamẽtũ & defenſio: geſtabat hercules collo pharetra ſagittas ad ornamẽtũ & tutelã ſuã.

Sera: grauia. Saluſt. bellũ ſeꝝ graue. Tergo: fer herculis. Robora. i. claua ex robore. Stipeſq;. i. illa claua.

Potẽs: nõ fragibilis. Nõ uos. nũc cõmiſeratione pueroꝝ facit: q̃ iterfecti a p̃re nõ potuerũt demõſtrare ſuã uirtutẽ futurã. Comites. ſiſes uirtuti p̃ne. Vlti. ſ. ſuos pueri nõ eſtis reges ut p̃r Hercu. Nõ ar. paleſtra. paleſtra argiua q̃re inuenta fuit græ. nec uos pueri luctatiõe: aut ceſtu mõſtrauiſtis uires ueſtras: ut p̃r paleſtra eqdẽ a latinis dr̃ luctatio nã nudi palmis inter ſe hoĩes decertabãt. Vir. Pars in gramineis exercent mẽbra paleſtris: iã tñ auſi uos pueri i tenera ætate ſatis demõſtrauiſtis uirtutẽ ueſtrã ſeqndo feras. Telũ le. ſagittã uolatilẽ. Coriti ſcy. q̃libus ſcythe ppli ſeptẽtriõales utũt̃. coritus dr̃ uagina arcus & ẽt ſagittaꝝ græcæ ꝓferunt p. g. goritos. Librare: mittere. Certa ma. recte pcutiente.

Ceruos tu. fu. q ſe uertũt de facili in fugã. Fere iub. i. leonis: nõdũ audebatis ire ad leones quemadmodũ p̃r non auſi eſtis iſta magna: ſed ut pueri ſatis digna figere ceruos & lepores. Ite. hucuſq; pendet textus. Vmbræ aiæ pueroꝝ. Innocuæ: q nihil mali meruiſtis. In pri. lu. prio igreſſu: hoc eſt in tã tenella ætate. Infauſtũ ge. appoſitiue. fauſtus fœlix dr̃ cui oẽs fauẽt. cõtrariũ ifauſtus ifœlix: fauere eſt bona fari. Vir. Ore fauẽtis oẽs hic fauor uox bene pcãs alicui ſiue alicuius cõmodũ: & laudẽ tuẽs. Triſtes: laboris uerſus adõicus iratos reges uel quos iterfecit p̃r: uel iudices iferni itelligit q irati Her. irati erãt pp cerbeꝝ raptũ & theſeũ deductũ ab iferis.

Q Vis hic locus eſt qntus & ultius actus in quo hercules reſipiſcẽs introducit̃ q cũ uidiſſet ſuoꝝ cadauera gemiſcẽs mirat̃. Quis. l. u. ſ. Quæ pla. q̃ ps mũdi. qnq; ſunt palagæ: Vt Vir. Quoq; tenẽt cœlũ zone. Sub car. ſub polo arctico Heſpi occidẽtalis ſũ in hiſpania ubi oceãus facit modũ. i. terminũ & finẽ terræ. Quas. t. a. ubi uiuo. Quod. ſo. terra. Feſſo. mihi. Certe re. cõuertit hercules oculos & uidet corpa ſuoꝝ ſanguinolẽta & prio dubitat ne ſit fãtaſia ut adhuc illi uideat̃ ſimulachra & imagies i(fernales

DAN. ℭ Stipeſq; potẽs. clauæ claua fuſtis terræ ex una pte capitata ad claui ſilitudinẽ claua her. fuit locata poſt prias ualuas tẽpli eius qd extruxit Sylla iuſſu ſybille in foro boario huius claue odore canes territi: & muſcæ nõ itrabãt ædẽ. herc. Quis. h. lo. cataſtrophe de inſaono ad ſanu. her. in hoc actu. y. her. reuerſus in ſe q̃rit auctorẽ cædis liberoꝝ & cõiugis quos circa inardeſcit ad uindictã ultio cognoſcẽs ſe reũ facti mortẽ ſibi parat aſciſcere q̃ tãdẽ ihibita fugã q̃rit: eſt aũt huius fabulæ carmẽ decimũ qd cõſtat trime. hypca. iambico.

Quis. h. lo. &c. Sub car. ꝓprie locatus eſt de polo arctico nã ut teſtis eſt Igi. duo ſũt cardies q aliter axes uocãt̃ unus ſeptẽtriõarius ſiue arcticus alter auſtralis ſiue antarticus ppca cardines qd circa eos orbis rotari uideat̃ ſub cardie glacialis ut. i. ſub uertice ſeptẽſrionario

Reſonet mœſto clamore chaos
Latiq; patens unda profundi.
Et qui melius tua tela tamen:
Senſerat æther.
Pectora tantis obſeſſa malis
Non ſunt ictu ferienda leui:
Vno planctu tria regna ſonent.
Et tu collo decus ac telum:
Suſpenſa diu fortis arũdo:
Pharetræq; leues date ſera fero
Verbera tergo: cẽdant humeros
Robora fortes: ſtipeſq; potens
Duris oneret pectora nodis.
Plangãt tantos arma dolores,
Non uõs patriæ laudis comites
Vlti ſæuo uulnere reges:
Non argiua membra palæſtra
Flectere forti fortes cæſtu
Forteſq; manu: iam tamen auſi
Telum ſcythici leue corithi
Miſſum certa librare manu:
Tutoſq; fuga figere ceruos
Nundũq; fere terga iubatæ:
Ite ad ſtygios umbræ portus:
Ite innocuæ quas in primo
Lumine uitæ ſcelus oppreſſit:
Patriuſq; furor: ite infauſtum
Genus o pueri noti per iter
Triſte laboris ite iratos uiſite reges.

Actus quintus: Hercules: Amphitrion Theſeus. Hercules loquitur.

Q Vis hic loc⁹: q̃ regio: q̃ mũdi pla(ga
Vbi ſũ ortu ſolis an ſub cardine
Glacialis urſæ: nũqd heſpii maris
Extrema tellus hunc dat oceano modum:
Quas trahim⁹ auras: qd feſſo ſolũ ſub eſt:
Certe redimus unde ꝓſtrata domo
Video cruẽta corpora: an nondũ exuit
Simulachra mẽs iferna poſt reditus quoq;

ſimulachra



Simulachra. iii. ſunt ptes in hoĩe: q̃ ſoluto corpe ambeũt in diuerſa: aĩa: corpus: ſimulachrũ: aĩa petit cœlũ: corpus in terrã putreſcit ſimulachrũ ad iferos deuolat: inde ap̃ Home. Vlyxes uolẽs amplecti anticliæ m̃ris ſuæ ſimulachrũ κτιμοιε δωλοντοσ αγαυης περσεφονειασ ωτρυνε: ſimulachra igit̃ ſũt i ifero. ut Maro ẽt i. yi. ce(cinit: & hic Sen.

BER. ℭ Feralis: inferoꝝ antiq ferã mortẽ dixerũt. Pudet fa. hercules magni aĩ timebat: ſed uerecũdabat̃ id demõſtrare. Perſagit: diuinat: uñ mẽs p̃ſaga mali dr̃ qñ ignota triſtitia uerſat̃ in aĩo. Patens: amphytrio. Cõiũx: megera. Latus le. ſiniſtrũ. Spolio: leonis pelle. Tegmẽ: ueſtis. Torus mol. lectus delicatus: ſolebat hercules ueſtir̃ ſe ea pelle & illã ſibi ſternere ꝓ lecto cũ uellet dormire. Libet: uidẽs hercules arma ſibi ſubmota indignãs duplicat uerbũ libet ad auxeſim. Quem no. neſcio qs fuerit iſte q mihi eripuerit arma: niſi forte iuppiter p̃r cœlo deſcẽdens i terras: genuit aliũ fortiorẽ me: ut duplicauit noctẽ: qñ genuit me: triplicauerit in gñatione alterius. Inceſtu: adulterio. Stetit: firmata eſt: q̃re ut dictũ eſt: Iuppi. cõcubens cũ alcmena m̃re Her. iuſſit ſolẽ cõtinuare noctem loco diei. Quod cer. hic admirabũdus her. iterrogat qs filios: & uxorẽ iterfecerit. Cõfecti cæ. i. iterfecti. Quis. l. qs tyrãnus ſitis lyco. Moliri: ꝑpetrare reuerſo ab iferis

Quiſqs: uocat nõ ſolũ thebãos: ſed circũuicinos. ut indicent ſibi qs fuit auctor tãti ſceleris. Colis: hitas. Iſmẽi: Iſmenius fluui. eſt Boetiæ. ſic cognominatus: Teſte Diod. li. hiſt. y. ab iſmeno filio pelaſgi. Attea: atticæ regiões: ubi ſunt athenæ. Pulſata: gemĩo mari agitata undis ægei: iõiiq: iſthmos eſt ea noĩe terra ſtrictura: q iter duo maria cõcluſa eſt: ut Ouid. æquora bina ſuis oppugnãt fluctibus iſthmõ: & tenuis tellus audit utrũq; mar̃.

Pelopon Pelopis: dardani phrigii. nã filius fuit Tãta. regis phrygũ: a quo pellopõneſus dr̃. Indica: oñde. Ira: mea.

Ruat: ſeuiat: qa nemo r̃ñdebat dicit ruã i oẽs. Hoſtis eſt: reputabo oẽs hoſtes: q nõ mõſtrãt mihi aucto. tãti ſceleri. Procede: ueni palã. Alcide: hercu. Seu uindicas: o uictor uñcũq; uenias. ſiue a gyrõe: ſiue a Diõe. ut facias eoꝝ uĩdictã ꝓcede ego ſum paratus pugnare licet habeas arma mea. Vindicas: currus truces equos iugales.

Tracis cr. diomedis ſanguinolenti q paſcebat equos ſuos carne hũana. Pecus ge. ſupple iteꝝ uĩdicas armenta abducta a gyrõe hiſpano. Lybiæ: ut dños. ſ. iteꝝ uindicas buſirim & antheũ quos ſupaui: de his oĩbus ſupius ſatis diffuſe dixius. Vel: ẽt. Petas: iuadas. Cur. dũ loq̃ret̃ hercu. talia Theſe. & amphitrio opponebãt mãus: oculis ne uiderent̃ lachrymari pp cõmiſerationẽ herc.

Fugit me. uultus nolũt me uidere. Differte: plõgate.

Profare dic. At tu: nõ poterat loq Amphytrio: uñ cõuertit ſe ad theſeũ: ut id facinus ſibi explicet. Ede dic. enarra. Tua fi. tua ſolitã ueritate. Vterq;: p̃r & theſe.

Pudibũda. q̃ hẽt ſignũ pudoris. Furtim: paulatim: celãdo me. Pudẽdum. nolite uereri manifeſtare mihi hoc tã dieꝝ ſcelus. Nũqd: interrogat p circũlocutionẽ nõ fuerit euryſteus. Potẽs ironice q ſolitus eſt mihi ſe ꝑ ipare. Argiuæ: argoꝝ. Infeſtũ: inimicũ. fuit ne exercitus. Lyci: quẽ iterfici. Parẽtis: mortui. Per te. rurſus. cõuertit ſe ad p̃rem & adiurat: ut ſibi mãifeſte iſtd ſcelus. Numẽ ſe. mihi ſecũdus deus: prius erat iuppi. Præda qs ſpoliauit me dormiẽtẽ armis meis. tacita: nolim fili curare ſcire iſta qa multi q̃ſiuerũt aliq̃ q̃ poſtea illos pœnitui ſciuiſſe. Ego: habet emphaſim. quaſi dicat. ego Hercules non faciam uindictam.

DAN. ℭ Quiſqs iſmeni: Senſus eſt qcũq; boetiã incolit & pelopõneſum cõſcius auctorẽ huius ſcæue cladis nõ indicaret: is ſentiat irã meam: & ueniat in me qſqs eſt auctor ſæuæ cladis ſeu uelit meis armis tectis geryonẽ & diomedem ulciſci antheum buſirimq;. ego illi uel nudus

Oberrat oculos turba feralis meos.
Pudet fateri: paueo: neſcio quid mihi
Neſcio qd animus grãde præſagit malum.
Vbi eſt parẽs: ubi illa natoꝝ græge
Animoſa cõiunx: cur latus leuũ uacat:
Spolio leonis: qnã abiit tegmen meũ:
Ideq; ſomno mollis herculeo torus:
Vbi tela: ubi arcus: arma quis uiuo mihi
Detrahere potuit: ſpolia qs tãta abſtulit:
Ipſum qs nõ herculis ſomnum horruit:
Libet meũ uidere uictorem libet
Exurge uictor quẽ nouum cœlo pater
Genuit relicto: cuius inceſtu ſteti
Nox lõgior quã nr̃a: Quod cerno nefas:
Nati cruẽta cæde confecti iacent
Perẽpta cõiunx: qs lycus regnũ obtinet:
Quis tãta thebis ſcelera moliri auſus eſt
Hercule reuerſo: qſquis iſmena loca
Attea quiſqs arua qui gemino mari
Pulſata pelopis regna dardani colis:
Succurre ſæue cladis auctorẽ indica
Ruat ira in oẽs: hoſtis eſt qs mihi
Non mõſtrat hoſtẽ: uictor alcide latẽs
Procede: ſeu tu uindicas currus truces
Tracis cruẽti: ſiue gerionis pecus.
Lybiæ ue dños nulla pugnãdi mora eſt.
Et nudus aſto: uel meis armis licet
Petas inermẽ: cur meos theſeus fugit:
Paterq; uultus: ora cur condunt ſua:
Differte fletus. quis meos dederit neci
Omnes ſimul ꝓfare: qd genitor ſiles:
At tu ede theſeu: ſed tua theſeu fide.
Vterq; tacitus ora pudibunda obtegit
Furtimq; lachrymas fundit in tãtis malis:
Quid eſt pudẽdũ: nũqt argiuæ potẽs
Dominator urbis: nunqd infeſtũ lyci
Pereuntis agmẽ clade uos tanta obruit:
Per te meoꝝ facinoꝝ laudẽ præcor:
Genitor tuiq; nominis ſemper mihi
Numen ſecundũ: fare quis domũ fudit.
Cui p̃da iacui. am. Tacita ſic abeãt mala

pughabo. Tua ſi. emphatice tu. ſit. n. theſe. inter amicos q̄ celebrant̄ adeo cōſtās in fide ut uenerit in ꝓpriū qđdam epithetum ipſius fidei: hic Ouidi. illud in tri. O mihi theſea pectora iuncta fide.

BER.

¶ Quota: minima reſpectu maioris. Miſere more ꝑcās hercules extēdens manus ad p̄rēm: eas noluit tāgere: qđ miratus herc. uidet manus ſuas cruētatas: & tūc cognouit ſe auctorē eius mali fuiſſe. Quid hoc. ſ. qđ p̄r nolit tāgere manus ſuas: hic errat in me. Vñ hic cru. uñ ſanguinolētæ ſunt mihi manus. Quod ex alia p/te uidet ſagiteā tinctā. Lœto: morte puerili filii ſui. Lærnea ne. quā prius tinxerat ſanguine idræ q̄ ſupra ab eo ſupatā diximus. Iā: uidens tela ſua amplius nō q̄rit q̄s fecerit illā ſtragē: qa bñ ſciebat: qđ potuiſſet nullus flectere arcū ſuū: niſi ipſe. Sinuare: incuruare. Neruū cordā arcus. Vix: cū difficultate. Cedētē. flexibilem: qa uix illū ip̄e poſſum flectere. Nr̄m: nos fecius iſtud Luca. Amphytrio conſentiens her. feciſſe illud ſcelus: uult eū cōſolari dicēs: tu fili hēbis dolorē ex morte filioꝝ: ſed culpa eſt nouercæ iuno. q̄ cæcū furorē i te miſit.

Nūc pa. hercules aīaduertēs ſe tm̄ ſcelus cōmiſiſſe uocat io. p̄rem: ut ſibi mortē faciat: & oēs pœnas deſiderat. Oblite no. q nullā curā hēs filii her. quem i tm̄ furorē ꝑuenire ꝑmiſiſti. Sera: tarda qa prius debebas uēdicare q̄ iterficere eos. Nepotes: filios meos q nepotes erant tui. Stelliger: cœlū. Hic ar. in ſeptētriōe. Ille antarticus: i meridie. Rupes ca. ſi non me fulminare uis. Saltē dato alias pœnas. Caſpii: i aſiā boreales a qbus mare caſpiū eſt dictū: & portæ caſpiæ: hoc eſt uiæ q̄dam eos mōtes iterſecās: ut teſtat̄ Soli. Sūt maiori armeniæ cōtermini.

Caſpii

Ales. a. aqla: ferūt io. ꝓmetheū iapeti filium ob ignē ſubreptū ſupis i mōte ſchitiæ. Caucaſo: ferrea cathena uinxiſſe aqlāq: addidiſſe q̄ iecore eius aſſidue renaſcente ꝑpetuo paſceret̄. Hāc aqlā qdā ex Typhōe atq: Echione genitā ꝓdiderūt. alii ex terra & tartaro: nōnulli uulcani factā manibus & a io. aīatā poſt hæc ꝓmetheum: ut ſibi iouem conciliaret hac arte uſum fuiſſe iup. amore Tetydis cōſpecta eius fortitudīe forte exarſerat qđ ſentientes pcæ q̄rū ꝓuidentia non fallit̄ cecinerunt. Quicūq: thetidi cōnubio iūctus eſſet eius filiū p̄ris gloriā lōge ſupatuꝝ: hoc cū forte itellexiſſet ꝓmetheus iovi renūciaſſe fert̄ q ueritus ne q̄ ip̄e Satur. p̄ri fecerat a filio pateret̄ oēm dē tethyde cogitationē depoſuit: & ne erga ꝓmetheū paꝝ gratus uideret̄: uinclis eū liberauit q̄uis ad. xxx. millia anno. huic pœnæ additus fuerat: ut Eſchi. ſcri. Et ne liberatiōis eius ꝑpetua memoria foret facto ex utraq: re hoc eſt ſaxo ad qđ alligatus fuerat: & ferro ex quo facta erat cathena: anulo digitum eius ſiniſtra manu minimo ꝓximū cinxit: q̄ prima anuli inuentio fuiſſe memorat̄. Ad hūc igit̄ ꝓmetheū adhuc caucaſeæ rupi alligatū: cū forte her. ab euryſtheo ad hortos heſperidū miſſus locoꝝ ignarus diuertiſſet: uiamq ab eo fuiſſet edoctus aqlā iecur: ſiue ut alii uolūt cor eius aſſiduæ depaſcente ſagitta pemit. Scopuli: montis. Cur ua. uacui ſunt. q. d. pone me in hāc pœnā ubi erat ꝓmethes: ut loco illiuſdem paret̄. Latus ab. rupes alta i p̄ceps. Nudū: ſine arboribus q̄ ibi nō naſcunt̄ ꝑp frigus. Illa: ꝓpōit ſibi aliā pœnā: ut itra cyaneos mōtes alligatus diſcerpat̄. Sūt ſimplegades teſte Pli. in. iiii. & . yi. na. hi. uelut Pōpo. uult in. ii. duæ iſulæ helleſponti cōtra thraciū boſphoꝝ mille. l. paſſibus ab europa diſtātes quas nōnulli ex noſtris poetis cyaneas uocauere: de qbus Luca. circa finem ſecūdi li. ut pagaſea ratis peteret cum phaſicos undas cyneas tellus emiſit in æquora cautes: has inſtabiles interdū concurrentes ſimul dixerūt: ut Oui. Trāſeat inſtabiles ſtrenua cyaneas & declinat̄ ēt in ſubſtātiuo ꝓ oībus his cautibus: hæc cyane huius cyanes: Symplegades igit̄ eaſdem dixerūt hoc eſt cōcurrentes: has Oui. lib. xy. met. immobiles factas dixit: timuit concurſibus argo undaꝝ ſparſas ſymplegades eliſaꝝ: quæ nūc imotæ perſtant: uentiſq; reſiſtūt: hoc fictum eſt: qa iſti ſcopuli uicini & altiſſimi a lōge nauigātibus ſeſe mouere uidebant̄. Pontū: mare. Scythem: euxynū apud ſcytiā. Arctat: ſtringit ubi eſt anguſtiſſimū mare. Et hinc: & hinc ab utraq; parte. Vinctas: ligatas: unā ad unū ſcopulū aliā ad aliū

DAN.

¶ Cladis tuæ: rogatus amphitryō per obteſtationem ab herc. docet illā quā uidebat cladem minimā eſſe ꝑ grauiori. i. inſania ſui qua nulla grauior eſt clades. quotus nomen ordinale aliqñ ponit̄ pro q̄. Cice. Quotus iſtuc q̄ſq; feciſſet. & Mart. Dic quotus es. quāti cupias cœnare. i. q̄ eſtis. & quotus eſt interdū cōtinuæ q̄titatis ut iuue. Quota portio fecis acheæ pro quāta. i. quā minima. Promethei: trita eſt fabula ꝓmethei in cuius operis inuidiā cogitauit iuppi. aliud opus: adhibitis. n. diis oībus in cōſiliū creauit fœminā: cui in ipſa creatione ſinguli

Her. ut inult⁹ ego ſim. am. ſæpe uīdicta ob
her. q̄ſq̄ ne ſegnis tāta tolerauit mala (fuit
Am. Maiora q̄ſq̄s timuit. her. his & pater
Quicq̄ maius timeri aut grauius pōt.
Am. Cladis tuæ ꝑs iſta q̄ noſti quota eſt.
her. Miſerere gēitor: ſupplices tēdo man⁹
Quid hoc: manus refugit hoc erat ſcelus.
Vnde hic cruor: qd illa puerili madens
Arundo læro tincta lærnea nece
Iam tela uideo mea: nō quæro manum
Quæ potuit arcū flectere: aut quæ dextra
Sinuare neruum uix cedentem mihi.
Ad uos reuertor gēitor: hoc nr̄m ē ſcelus:
Tacuere: nr̄m eſt. am. Luctus eſt hic tuus
Crimen nouercæ: caſus hic culpa caret
Her. Nūc pater ab oī genitor iratus tona:
Oblite noſtri uindica ſera manu
Saltem nepotes. ſtelliger mundus ſonet
Flāmaſq; hic & ille iaculetur polus.
Rupes ligatū caſpiæ corpus trahant,
Atq; ales auida: cur promothei uacant
Scopuli: paretur uertice immenſo ferax
Volucreſq; paſcēs caucaſi abruptū latus
Nudūq; ſiluis: illa quæ pontū ſcyten
Symplegas arctat hic & hic uinctas man⁹
Diſtendat alto: cunque reuocata uice.



In ſe coibūt ſaxaq; in cœlū exprimēt:
Actis utrinq; rupibus & mediū mare
Ego inquieta montiū iaceam mora
Quī ſtructū aceruās nēore cōgeſto agge/
Cruore ſparſum ipio corp⁹ cremē. (rem
Sic ſic agēdum eſt: inferis reddam herculē
Am. Nondū tumultu pect⁹ attonitū caret
Mutauit iras quoq; habet ꝓprium furor:
In ſeipſum furit her. Dira furiaꝝ loca
Et inferioꝝ carcer & ſonti plaga,
Decreta turbæ & ſi quod exiliū latet
Vlterius erebo: cerbero ignotum & mihi
Huc me abde tellus tartari ad finē ultimū
Manſurus ibo: pectus o nimium ferum
Quis uos per oēm liberi ſparſos domum:
Deflere digne poterit: hic durus malis
BER. ¶ Iacet par:terra uidet herculem mori ſicut alii moriuntur:unde eſt par omnibus:licet dum uiueret non eſſet æqualis aliis:ſed ſimilis tonanti ioui. Planctus exhortatur mundum ad lugendum. Cohibẽte nodo:ligante nullo uinculo. Exertos:nudatos. Sola: cludantur omnia templa præter unum iunonis. Obductis:clauſis. Nouerce:iunonis. Vadis :uertit ſermonem ad herculem. Triumphum cerberum. Vmbra.tu non eris ille hercules cum corpore ſicut prius credebant umbras ſeruare illam imaginem quam habebant in corpore : ſicut de deiphœbo qui apparuit æneæ trũcatis naribus. Solum:ut fecit prius ſed multas alias animas:quia nunc non eris grauis. Puppis: cimba charontis quæ animæ uehuntur ad inferos. Nõ tamen :non eris inter uiles animas:ſed cum iudicibus inferni cum quibus iudicabis. Geminos cretas:rhadamantum & minoẽ crethenſes. Diſcernẽs. Exanimas. Dites : potentes nolite credules eſſe. Purum ferrum:iuſtitia ſine iniuria. Minimum:minimam fuiſſe licentiam: ꝙ crudelia facta non habeant locum in tuis terris. Sed locum: pulchra ſententia: oſtendit nunc quem honorem habiturus ſit hercules apd ſupos. Arctoæ ſeptẽtrionalis. Promit : accipit intelligit orientem. Occaſu.occidẽtem intelligit ubi eſt mare mediterraneum in hiſpania. Nitebis:ſplẽdebis tanq̃ ſydus. Cõmiſo.inter calpem & abilam ſcopulos quos fregit Hercu.ut ingreſſus maris mediterranei eſſet in oceanum. Reſonare:quia ibi ẽ ſtrepitus propter ſcopulos. Deprimes:grauabis præſentia tua. Tutus.q.d.pauca ſunt loca ubi non ſit aliqd monſtrum quod adhuc herculem timebit. Leone. cancro de his ſuperatis ad hercule diximus. Leges. curſus ſuos. Trepidat : titan ſol timeret ſi uideret confuſionem zodiaci. Vere dum: ponit laudẽ quã habiturus eſt ſemper hercules:dum in uere erũt flores & hyeme cadent folia ſemper cantabuntur præconia herculis. Ante:arguit ab impoſſibili:ꝙ prius lex naturæ diſſoluetur quam memoria herculis perdaꝛ. Dulci:nam eſt amara. Diſcedet:errabit cum ſit ppetuo firmum. Ponto:mari .nam dicuntur ſydera occidere in oceano.

DAN. ¶ Populo timenti.mortuo iam pacatore. Tellus genuit ideſt qui alter ueluti terreſtris Iuppiter cũ cœleſti de parilitate contendebat. Feri tyranni:ecbaſis in facit admonens exemplo herculis principes & reges ſuperſedeant ſpoliare & rapere . ſed iuſtitiam colere & populos in tranquilla pace cuſtodire libeat. Quis erit recepto . & cũ collocet te ſupræmus Iuppiter ubi leo te non uideat ne priſtinæ cladis recordatione conterritus inſaniat & legem aſtrorum confundat. Vere dum:quãdiu tpa uiciſſim ſibi cõcedent ſtabit æternitas nois tui . Vetito.in quem non cadit. Quieſcant dicere. Te pater rex : oramus ne feras terreſtre malum aliquod naſci.qđ ſi futurum ſit reſtitue nobis herculem extra quem erit nullus q audeat congredi.

BER. ℭ Impenſum:ſibi tributũ. Nudatum:tenere contra ciues ſuos:ſi eſt aliquis qui debeat timeri petimus uindicem herculẽ. En quid hoc:dat locum ſequẽti ſcene audiebat ſtrepitum & uidet philotetem uenientẽ cum lætitia renunciantem herculem recœptum eſſe in cœlum. Pater mœret:interrogatiue. Timide. iunonis timentis:ꝙ uideat herculem aſcendentem in cœlum. Titubauit:fecit tremere cœlum propter pondus herculis. An magis:an inferi & cerberus uiſo hercule timuerunt. Fallimur:non eſt aliquid horum quæ diximus:ſed ẽ philotetes qui uiuit cum lætitia. Peastulit:genuit philotetes filius peantis:nullum nomen apud græcos finit i.n.s. Notas:quas cognoſcebant omnes populi. Heres:nam illi hercules reliquit ſagittas ſuas.

EFfare:Hic ẽ quintus actus in quo commẽdacio mortis herculis habetur nutrix petit philotetem ut narret ſeriẽ rei:quomodo hercules mortuus ſit. Vitam:magis lætus tulit mortem ꝙ aliquis ferat uitam. Ignes.i.rogos. Nihil:nullius mali. Sub occaſu:circa mortẽ docuit omnia uinci uirtute. Inter uapores:quã uirtutem potuit exercere contra ignes. Vnum malum:ſcilicet flamma. In orbem:cum qua pugnauerat hercules. Hoc quoqꝫ.ſ.malum flamma. Acceſſit.adiunctus eſt. Abiit:acceſſit. Ediſcere:narra nihil quomodo pertulit flammam. Vt omnis:narrat philotetes. Manus:famuli iuſſi ſuccidere arbores ad rogum. Perdit quia non faciet amplius umbram. Ferox.ſ.multitudo. Flexit:ſtrauit. Minantem:altã. Nube:de altitudine ſua:quæ uidebatur tãgere nubes. Vocat:ad ſe ut cadat. Mouit:illa erat tanti põderis:ut ruitura faceret tremere cautes.i.montẽ œetã. Siluam minorem:minores arbores. Chaonis:chaonia regio eſt epiri alpeſtris:erat in hac ſilua quercus ita magna ut erant ille ex quibus dabantur reſpõſa in chaonia ſilua per columbas:ideo dicit loquax. Vetat:ramis ſuis faciendo umbram. Porrigit:erant ita magni rami ut extenderentur ultra alias arbores. Minax:dũ nutaret. Multo uulnere:multis ictibus. Cuneos:lignum ſeu ferrum quod figitur in fiſſura. Calybs:ipſum ferrum. Patitur:frãgebatur ſecuris. Fugit:non poteſt intrare. Tandem:poſt multos ictus. Admiſit:recepit lucem ſolis.

DAN. ℭ Ecquid hoc:apparatus ſcenæ proximæ. Põdus:ob pondus additi numinis.

EFfare:herculeæ uirtutis meritoꝶ epilogo funebris pompa illuſtratur:ſed prius mõſtroſa ipſius herculis mors p philoctetẽ iubent nutrice commemoratur. Actus quintus trimetro archilochio & monometro catalectico. Quo uultu:qua conſtantia & fortitudine. Quo nemo uitam:eclipſis uel a ſuperiori repetitio. Vnum malum:labes ueneni quæ herculem cõſumpſit & flãmam ipſam rogalem. Feris quas domuit. Vt omnis:hinc commemorat philoctetes quicquid ſecutũ eſt in obitum herculis. Chaonis:chaon troianus fuit qui mortuus.epiro nomen dedit memorante Virgilio. Dodona ſilua in chaonia ubi oracula dabant columbæ iouis. Phœbeum:radios & lucem ſolis. Frãgitqꝫ cuneos:quaſi hac mõſtra indignam Herculis mortem arguerent. Tandem:geminatis ictibus.

Nulla te terris rapiet uetuſtas
Tu comes phœbo comes ibis aſtris:
Ante naſcetur ſeges in profundo:
Vel fretum dulci reſonabit unda:
Ante diſcedet glatialis urſæ
Sydus:& ponto uetito fruetur.
Quam tuas laudes populi quieſcant:
Te pater rerum miſeri præcamur.
Nulla naſcatur fera:nulla peſtis
Non duces ſæuos miſeranda tellus
Habeat nec ulla dominetur aula.
Qui poteſt ſolum decus eſſe regni
Semper impenſum tenuiſſe ferrum.
Si quid in terris iterum timetur
Vindicem terræ petimus relictæ
Ecquid hoc:mundus ſonat ecce.
Mœret alcidem pater. an deorum
Clamor:an uox eſt timide nouercæ.
Hercule an uiſo fugit aſtra iuno:
Laſſus an pondus titubauit athlas:
An magnis diri tremuere manes:
Herculem & uiſum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus cathenis:
Fallimur:læto uenit ecce uultu
Quem tulit peas:humiliſque tela
Geſtat:& notas populis faretras
Herculis heres.

Nutrix. Philotetes. Nu. loquitur.

EFfare caſus iuuẽis herculeos p̄cor.
Vultuqꝫ quo nã tulerit alcides necem
Phi. Quo nemo uitam.
Nu. Lœtus adeo ne ultimos
Inuaſit ignes.
Phi. Eſſe iam flammas nihil
Oſtendit ille:qui ſub occaſu hercules
Virtute uinci indomita docuit omnia.
Nu. Inter uapores quis fuit forti locus:
Phi. qđ unũ in orbe uenerat nõdũ malũ:
Et flãma uicta eſt:hoc quoqꝫ acceſſit feris:
Inter labores ignis herculeos abit.
Nu. Ediſſere agedũ flãma quo uicta ẽ mõ.
Phi. Vt oĩs œten mœſta corripuit manus
Hinc fagus umbras perdit:& toto iacet
Succiſa trunco:flexit hinc pinum ferox
Aſtris minantem:& nube de media uocat.
Ruitura cautes mouit & ſiluam trahit
Secum minorem chaonis quõdam loquax





Stat uaſta late quercus:& phœbum uetat.
Vtraqꝫ totos porrigit ramos nemus.
Gemit illa multo uulnere ĩpræſſo minax.
Frãgitqꝫ cuneos reſilit excuſſus calybs:
Vulnuſqꝫ ferrum patit̃ & truncum fugit.
Cõmota tandem ẽ:tunc cadẽs lenta mora
Duxit ruinam:protinus radios locus
Admiſit:omnes ſedibus pulſæ ſuis
Volucres pererrãt nemore ſucciſo domus
Quæruntqꝫ laſſis garrulæ pennis nemus
Iamqꝫ omnis arbor ſonuit:& ſacræ quoqꝫ
Senſere quercus horridam ferro manum:
Nulliqꝫ priſcum profuit ligno nemus.
Aggerit̃ omnis ſilua:& alternæ trabes:
In aſtra tollunt herculi anguſtum rogum
Rapitqꝫ alta flammas pinus & robur tenax
Et breuior ilex:ſilua contexit pyram.
Populea ſilua frõdis herculeæ nemus.
At ille ut ingens nemore ſub naſamonio
Eger recliui pectore admugit leo
Fert̃:quis illum credat ad flammas rapi
Vultus parentis aſtra non ignes erant.
Vt præſſit œtan.ac ſuis oculis rogum.
Luſtrauit:omnes fregit impoſitus trabes
Arcumqꝫ poſcit:accipe hæc inquit ſate
Peante dona:& munus alcide cape.
Has hydra ſenſit:his iacent ſtimphalides:
Et quicquid aliud eminus uici malum
Victure felix:has enim unquam irritas
Mittes in hoſtes ſiue de media uoles
Auferre uolucres nube:deſcendent aues
Et certa prædam tela de cœlo ferent
Nec fallet unquã:dexteram hic arcus tuã
Liberare telum didicit:& certam dare
Fugam ſagittis:ipſa non fallunt iter
Emiſſa neruo tela:tu tamen præcor
Accõmoda ignes & facẽ extremam mihi.
Hic nõdus inclytꝰ nulla quẽ capiet manus
Mecũ per ignes flagret:hoc telũ ſequar:
Nã cur iactatur hunc quoqꝫ acciperes ait
Si ferre poſſes:adiuuet domini rogum.
Tum rigida ſecum ſpolia nemei mali
Arſura poſcit:latuit in ſpolio rogus
Ingemuit oĩs turba nec lachrymas dolor
Cuiqꝫ remiſſit:mater in luctum furens,
Diduxit auidum pectus atqꝫ utero tenus
Exerta uaſtos ubera in planctus ferit.

BER. ℭ Pererrant:fugiunt ad alios ramos. Laſſis:fatigatis anteꝙ inuenierunt ſedem:nam omnes arbores ſucciderant. Sonuit:dum incideretur. Sacre:conſecrate ioui. Profuit:quia ſuccidebãtur. Aggeritur:in unũ geritur ad faciendum piram. Anguſtum:reſpectu magnitudinis herculis.alter lege auguſtum quaſi cõſecratum. In aſtra:in altum. Tenax:forte. Herculeæ.gratiſſime herculi:nam illa coronatus iuit ad inferos. At ille.hercules quãdo uidit accenſum rogum ueniebat cum tanto impetu ſicut leo in nemore naſamonio:naſamon enim populus iuxta mare libicum. Recliui:flexo ad terram. Non ignes:erat ita lætus ut uideretur petere cœlum non ignes. Vt præſſit:poſtꝙ uenit in rogum:petiuit ſagittas & arcum:& donauit philotete. Eminus:a longe. Irritas.fruſtra. Media nube:etiam ſi eſſent in altum. Certa:dicuntur tela certa quæ uulnerãt pro intentione mittentis. Fugam:curſum per rectum tenorem. Neruo:corda arcus. Accommoda:ſuccende hanc piram. Hic modus.claua nodoſa ita ponderoſa eſt qđ nemo poſſet eam tractare. Capiet:quam nulla manus poſſet capere. Flagret:cremetur mecum. Sequar.cõburat cum ipſa claua:nam conſequetur melius quam iactatur. Hunc ſcilicet nodum haberes:ſi poſſes illum ferre. Adiuuet:ſicut alia lingua ad me cõburẽdum. Nemei mali:petiit pellem leonis. Latuit.erat adeo magna illa pellis ut tegeret rogũ. Remiſit:dolor non pepercit lachrymis.omnes flebant. Diduxit:ſcidit. Tenus.uſque ad uentrem. Exerta:nudata. Pulſans.accuſans. Deforme.hercules audiens matrem clamantem dixit noli flere mater ne mortẽ meam turpem facias. Iecur.ubi eſt ſedes amoris & indignationis. Firmum præme dolorem intus.

DAN. ℭ Domus.nidi.domum nidum dicit.quod ex nidis uolucrum primum fuit domus excogitata & cœpta fabricari eurialus & hyperbius fratres athenis.domos conſtituerunt antea ſpecus erat pro domibus.quidã hoc uiuentum ueſtæ aſcribunt. Naſamon.in libia populus predator. Silius libro tertio. Accipe hæc inquit.quemadmodum ſuperius perſtrinxit:ſagittas & arcum philoteti hercules tradidit nec poterat quiſpiam extra philoctetem hæc tela torqre ſagittas cogente Vlyxe inuentas in expeditione troiani belli cũ tractaret unius ſagittæ caſu ille pes uulneranſ eſt quo herculis tumulum indicauerat. Vulneris fœtore apud lẽnum relictus eſt. Propertius canit fuiſſe ſanatum a machaone. Tarda philoctete ſanauit crura Machaon.& reuerſus Troia cõdidit petiliam in Calabria. De media nube aere. Certam.nunquam fallentem. Hic nodus.claua herculis fuit ex ligno oliuæ trinodis admodum in caput creſcens.de qua meminit appolonius in quarto.ſτιβαρον δ᾽ ἔχεν ὄζον ἐδαι ησ τοζατε.τοισι πελωρτο δ᾽ απεφθισεν ιοβολκσασ &c. Fœminea:acri & uehementi uoce. Iuno cor lætũ dić.quæ ſolis cõſtantia & patientia noſtra inuidia carpitur.macreſcit nãqꝫ inuidia aliena ſemper felicitate.

BER. ℭDirum:cum magna uoce furens depoſuit caput ut moreretur tali impetu ut fuit quando duxit cerbeꝝ.
Dite contempto: plutone neglecto. Fato:morte tremente. Quis ipſe tanta læticia iuit ad mortem: quanta nullus unquam triumphauit. Illo: tam lœto uultu. Heſere:firmate ſunt qui uidendo illum ita lœtum. Sexus.ſcilicet fœmineus natura facilis: ad lachrymas. Siccis:ſine lachrymis. Pœne ſimilis:ita fortis. Securus:ipſe per ſe fortis nullum rogauit. Deſpiceret:deorſum aſpiceret. Vnus dies: ſum ille filius qui genitus ſum geminata nocte. Cōmiſſa:coniuncta. Quæſiuit acquiſiuit. Vtrunq; littus:orientis & occidentis:ſi totus mundus cātat laudes meas ꝙ peperi pacem omnibus populis tu debes recipere me in cœlum. Ardens ora regio orientalis.
Gemunt:mortem meam. Inquinat:maculat cruore humano.nam omnes ſceleratos de mundo ſuſtuli: Deſunt:per me remota ſunt. Admitti:recipi. Nigri iouis Plutonis ne ad inferos deſcendam. Ad illos ſcilicet infernales. Vmbra:anima ſeparata a corpore. Nube:quare ſol obduxerat radios nubibus ad teſtandum dolorem de morte herculis. Neges ſydera ſitu non uis mihi dare cœlum facias ſaltem ut dii ſpectent me ardentem. Voces:reuocat ſententiam: ſi dixi quicquam idignum parce dolori meo qui me ita coegit loqui. Fatis:loco mortis. Approba;uirtutem meam prius tamen iudicat dignam cœlo. Leue:parum eſt quod feci reſpectu illius quod faciā hodie. Prius quaſi dicat damnas me priuſquā cognoſcas me filium tuum. Addidit: poſtea dixit ſaltem aperi cœlum ut iuno uideat quam fortiter feram flāmas. Popoſcit:his dictis petiuit ignem ſupponi rogo. Comes:o philoctetes. Oetam:in monte œta. Tremuit:ego timebam ſupponere ignem & ipſe dixit cur tremis tu putas hoc eſſe ſcelus impium. Redde: qa non mœreris tela fortis uiri. Animo; ſuppone ignē eo animo quo me uides expectare. Arſurum: cape exemplum a me qui non timeo cum arſurus ſim. Rogat:tu tardas;& iuppiter iam me uocat in cœlum.
DAN. ℭDirum:tremendū & horribiliter fremens. Quis ſic triumphans; ſuprema & maxima laus herculis qui mortem non expauerit ſed tanquam triumphans illam adierit. Quanta:hipalage. Hæſerunt: non emanarunt:ne ipſi quidem alcmenæ quam ſexus iſirmitas & amor maternus debuerant commouere. Iſte eſt:filius ille unicus.

Superoſq; & ipſum uocibus pulſans iouē.
Impleuit oēm uoce fœminea locum
Deforme lœtum mater herculeum facis.
Compeſce lachrymas inqt introrſus dolor
Fœmineus abeat:iuno cur lœtum diem
Te flente ducat:pellicis gaudet ſuæ
Spectare lachrymas contine firmū iecur
Mater nefas eſt ubera atq; uterum tibi
Laniare qui me genuit:& dirum fremens
Qualis per urbes duxit argolicas canem
Cum uictor erebi dite contempto redit.
Tremente fato:talis incubuit rogo.
Quis ſic triumphans lœtus in curru ſtetit
Victor:quis illo gentibus uultu dedit.
Læges tyrannus:quanta pax obitus tuli
Heſere lachryme:cecidit expulſus dolor
Nobis quoq; ipſis:nemo morituro ingēit
Iam flere pudor eſt:ipſa q̄ ſextus iubet
Mœrere ſiccis heſit alcmene genis.
Stetitq; nato pœne iam ſimilis parens
Nu. Nullas ne in aſtra miſit auit ſupos pces
Arſurus aut in uota reſpexit iouem
Phi. Iacuit ſui ſecurus & cœlum intuens
Quæſiuit oculis arce an ex aliqua pater
Deſpiceret illum tum manus tendens ait
Quacunq; parte proſpicis natum pater.
Iſte eſt pater quem nocte commiſſa dies
Quæſiuit unus:ſi meas laudes canit
Vtrumq; phœbi littus & ſcythiæ genus
Et omnis ardens ora:quam torret dies
Si pace tellus plena ſi mille gemunt
Vrbes & nec aras impias quiſq; inquinat
Si ſcelera deſunt. ſpm̄ admitti hunc p̄cor
In aſtra nec me mortis inferne locus
Nec mœſta nigri regna conterent iouis
Sed ire ad illos umbra quos uici deos
Pater erubeſco:nube diſcuſſa diem
Pande:ut deoꝝ uultus ardentem herculē
Spectent:licet tu ſydera & mundum neges
Vltro pater cogere:ſi uoces dolor
Abſtulerit ullas:pande tū ſtygios lacus
Et redde fatis:approba natum prius
Vt dignus aſtris uidear hic faciet dies
Leue eſt q̄d actū eſt herculē genitor prius
Inuenit:an damnauit hoc poſtq̄ addidit
Nouerca cernat quo fera flammas modo
Flāmas popoſcit hoc age alcide comes
Non



Non ſegnis inquit corripe œtheam facem
Quid dextra trēuit. uñ manus pauida ipiū
Scelus refugit:redde iam pharetras mihi
Ignaue iners inermis eſt nostras manus
Quæ tendat arcus quis ſedet pallor gēis.
Animo faces inuade quo alcidem uides
Vultu iacere. reſpice arſurum miſer.
Rogat ecce me iam genitor & pādit polos.
Venio pater:uultuſq; non idem fuit
Tremente pinū dextera ardentem impuli.
Refugit ignis:& reluctantur faces
Et membra uitant:ſed recedentē hercules
Inſequit̄ ignē caucaſum aut pidū aut athū
Ardere credas: nullus erupit ſonus.
Tantum ingemiſcit ignis ad durum iecur
Tiphon in illo poſitus immanis rogo
Gemuiſſet ipſe:quiq; conuulſam ſolo
Impoſuit humeris oſſam enceladus ferox:
At ille medias inter exurgens faces
Semiuſtus. ac laniatus:intrepidus. rubēs.
Nunc o parens herculea:ſi ſtare ad rogum
Te mater inquit ſic decet fleri herculem.
Inter uapores, poſitus & flammæ minas
Immotus: inconcuſſus:in neutrum latus.
Correpta flectens membra:hortat̄ monet
Gerit aliquid ardēs: oibus fortem addidit
Animum miniſtris:urere ardentem putes
Stupet oē uulgus uix habent flāmæ fidem
Tam placita frons eſt tanta maieſtas uiro
Nec properat uri. cūq; iam forei datum
Lœto ſat penſauit:igniferas trabes
Hinc īde traxit:nimia quas flāma occupat
Totaſq; in ignem uertit & qua plurimus
Exundat ignis:recipit intrepidus ferox:
Nunc ora flammis implet:at illi graues
Luxere barbæ:cūq; iam uultu minax
Appeteret ignis:lamberent flāmæ caput
Nō p̄ſſit oculos:ſed qd hoc mœſtā intuor
Sinu gerentem reliquias magni herculis
Crinēq; iactans ſqualidū alcmenes gemit:

Alcmena. Philothetes.

Alcme. loquitur.

TImete ſupi fata: tam paruus cinis
Hercule⁹ ē huc ille decreuit gigas
Oq̄ta titan in nihil moles abit.
Anilis heu me cœpit alcidem ſinus.
Hic tumulus illi eſt; ecce uix totā hercules

ℭVenio;uerba herculis. Impuli.tunc ſuppoſui facem ardentem tremente manu. Refugi:uidebatur fugere. Reluctantur nolebant appropinquare. Recedentem: ipſe ſequebar ignē. Caucaſum qa ille rogus erat tanta ſtrues ut ardere crederes caucaſum ſeu athō. Sonus; nulla lamentatio. Ingemeſcit:ꝙ cōbureret herculem. Typhon;ſiue typheus gigas;credo ꝙ ſi ibi fuiſſet igemuiſſet. Encheladus. gigas q portauit Oſſam: montem theſſaliæ. At ille. ſ. hercules. BER.
Parens herculea mater herculis. Correpta. ſ. ab inge. non mouebat ſe. Gerit aliquid: nam ligna aptabat forte deficiente igne. Monet;ne fleamus. Vrere:erat eo animo ut ſi ipſe ureret alium. Fidē uix: credebant illum ignem eſſe uerum ꝙ hercules tam fortiter ferret eas flammas. Placita:non perturbata. Properat ut pœna eſſet breuior. Cunq; lœto forti;quando putauit ſatis quod feciſſet multa fortiter in morte poſtea uoluit mori. Exundat;ubi uidebat maiorem ignem illuc ibat. Luxere. ſ. igni. Barbe:Seruius dicit i plurali barbas de aīalibus in ſingulari de hoie. Minax;cum inſtaret ignis prope uultum nunq̄ clauſit oculos. Lamberent;circundarēt.
Sed quid hoc:dat locum ſequenti ſcenæ. Nā uidet alcmenam:q̄ portabat cineres Herculis cremati.

TImete. Veniens alcmena cum religis Herculis uitæ noſtræ conditionem nō diu durare oſtendit:& lamentatur de ſeipſa ubi habitura ſit locum:amiſſo hercule. Superi:timete etiam uos mortem quando uidetis Herculem mori. Gigas;hercules ita magnus ut uideretur gigas. Decreuit;a decreſco. diminutus eſt tantū ut capiatur in parua urna. Titan:exclamat ad ſolē.
Moles magnitudo corporis. Anilis ſinus;gremium meum tenuit herculem olim ita magnum. Hic. hæc parua urna, Leue;quia parum ponderat. Iterum;quaſi dicat nunq̄. Debeat lucem:quod reduxeris eum ad ſuperos non quæro quod redeas cum ſpolio ab iferis uidelicet cum cer. & the. ut prius rediiſti: ſed ſolus. Ignis;ardens flegeton retinebit animam tuam. Tenareas;ubi eſt ingreſſus ad inferos.
DAN. ℭNon idem fuit;quando reſpōdit patri. Iecur quapte & lachrymari cogimur & amare. Encheladus; Titāi & terræ filius ſuppoſitus ætnæ. caret dictio ſpiritu. Mater herculea;alcmenæ. Gerit aliquid;uitā ſemper degit negocioſam adeo ut moriens aliquid etiam geſſerit me iuuans me admonens.

TImete;ueniæ i funere herculis p alcmenā matrem & iuitatos ab ea ad funeſtum munus. Decreuit: exinanitus eſt. Gigas. hercules immani corpore. Anilis ſinus: ſic electra exemptos de urna fictitios oreſtis cineres in ſinum repoſuit. Cui tutus;cum loco athlantis cœlū ſuſtinuit. Quando: nunquam. Tænareas fores: fauces quæ ducunt ad tartarum.

BER. ℭ Pulſabis.ſ.redeundo.quaſi dicat nunq̄. Aditur petitur locus mortis;q uia ſequar te ad iferos. Vnū. quia ibi & non redibis:ideo ſolum iter erit. Duras. iam debuiſſes deficere uidendo mortem filii. Tantus:tam magnus:ut hercu.q.d.nunq̄ talem habebo.
Thebani coniunx: amphitrio: fœlixq; mortuus nō uides tantum dolorem de morte filii. Timere: qa eras pr̄ Hercu. Vel:etiam ſi nō eras uerus pater eius.
Anus.ipſa uetula quo ibo cum ſim odio omnibus tyrannis propter filium. Si quis: corrigit ſe;ſi quē filius meus reliquit in terras quaſi dicat:iterfecit omnes. Nati.i.filii illorum quos interfecit petent a me ſupplicium. Buſiris;minor filius buſiris. Perſidæ;plage regionis in meridie:ubi pp̄ſus perſes. Hiſmarios:trhacenſes equos ſi qs filius diomedis reſtat.
Greges duri:equi paſti carne humana dilacerabūt me apponet me præſepibus illorum. Irata quia dicor pellex eius. Vertetur:odium quod habebat in herculem totum uertet in me. Secura.nihil curans de hercule quia uictus eſt. Vacat;non habet agendum aliquid:unde ipſa ſuperſum eius pellex in quā exerceat iras. Ne parere;timebit ne pariam alterum herculem propterea me perdet. Nota:cognita propter uirtutem Hercu. Patriam: argos. Euriſtheus;q imperabat herculi. Orbata;priuata filio. Hiſmeneum;fluuium thebanum. Thalamos;quia nupta fuit amphitrioni. Fulminantem nimis fœlix fuiſſem ſi iuppiter me fulmiaſſet: quemadmodum ſemelem thebanam matrem bacchi & deutero meo fuiſſet exectus.i.inciſus infans her. Certantem: eq̄ tem laudes her. Et hoc:ut eo amiſſo magis dolerē nam magis dolemus amiſſis rebus magnis quam paruis. Cleonas;ciuitatem ubi hercules leonem: interemit. Nobilem:famoſam. Meritis;qui ibi interfecit aprum hic alio loco.ales fera ſtimphalis. Rex cruentus buſiris. Leo.ſcilicet nemeus ſeu cleoneus qui in aſtra collocatus eſt.

DAN. ℭ Mater ego herculis. Additur; paſſiue ſicut Ouidius i analibus Vnde nemus nullis illud aditur eqs.
Durus ſuſtines. Tenes.moraris. Quem parere;quando nullum amplius paritura ſim herculi ſimilimum melius moriar comes herculis q̄ ſuperuiuam orba. O nimis fœlix;qui funus fili non deploraſti;contra infœlix pater qui ſupeſt functo filio quē admodum neſtor qui de nimio ſtamie de legibus fatorum multa conqueſtus eſt quod uiderit actis antilochi barbam ardentem. Veniente;eum te ſicut uiciſſim eo pro uenio frequenter uſurpatur. Vel falſus etiam ſi falſus omnio formidabilis fama percelebri tui gnati. Cæſos:ab hercule. Buſiris; tale eſt:ſi qs mihi paruulus aula luderet æneas & quidem ſi honorato credimus parribus filii erant cognomine ſubi alterius nomen fuiſſet prætermiſſum. Forſitan pœnas petet;exiget a me pœnas iniuriam filii ſi quas unquam niſi uincendo illi fecit iniurias aut quia me natus ſit:licet teſtante papinio. Nil culpa nepotibus obſtet. Vertetur;in caput meum cum detur omnis faba. Euriſtheus;æmulus herculis cui propter naſciturum herculem cœlum interclusum eſt indignatione iouis. Et ipſa;ſicut ſemele. Cleonæ:ſunt iuxta nemeam in archadia:unde cleoneus leo quem peremit hercules. Valerius flaccus i primo cleoneo iam tempora cluſus hiatu alcides. Hebri populos;thra-

Compleuit urnā: quā leue eſt pōdus mihi
Cui totus æther pondus incubuit læue:
Ad tartara olim regnaq; o nate ultima
Rediturus ibas: quando ab inferna ſtyge
Remeabis iterum: non ut ſpolium trahas
Rurſumq; theſeus debeat lucem tibi:
Sed quando ſolus: ignis impoſitus tuas
Compeſcet umbras teq; tartareus canis
Inhibere potuit: quando tenareas fores
Pulſabis: ah quas mater ad fauces agar.
Qua mors aditur: uadis ad manes iter
Habiturus unum: quid diem queſtu tero:
Quid miſera durās uita. qd lucē hactenes
Q uē parere rurſus herculē poſſum ioui:
Quis me parentem natus alcmenam ſuam
Tantus uocabit: o nimis fœlix. nimis
Thebane coniunx: tartari intraſti loca
Florente nato: teq; ueniente inferi
Timuere forſan: qd' pater tantū herculis
Vel falſus aderas quas petam terras anus
Inuiſa ſæuis regibus ſi quis tamen
Rex eſt relictus ſæuus hei miſere mihi.
Quicunq; ceſos ingemunt nati patres
A me petent ſupplicia: me cuncti obruent
Si quis minor buſiris: aut ſi quis minor
Anthæus: urbes perfidæ terrent plagæ
Ego pda ducar. ſi quis hiſmarios greges
Thracis cruenti uindicat: carpent greges
Mea membra duri forſitan pœnas petet
Irata iuno. totus uertetur dolor
Secura uicto tandem ab alcide uacat.
Pellex ſuperſum de qua ſupplicia exigat.
Ne parere poſſem fecit hic natus mihi
Vterum timēdum: quæ petā alcmene loca
Q uis me locus: quæ regio mundi plaga
Defendet: aut quas mater in latebras cogat:
Vbiq; certe nota: ſi patriam petam
Lareſq; miſeros argos euriſtheus tenet
Orbata thebas regnum & hiſmenum petā.
Thalamoſq; nr̄os: in quibus quondā ioue
Dilecta uidi: proh nimis fœlix nimis
Si fulminantem: & ipſa ſenſiſſem iouem
Vtinam meis uiſceribus alcides foret
Exectus infans: nunc datū eſt miſeræ: datū
Videre natum laude certantem ioui.
Et hoc daretur ſcire quod fatum mihi
Eripere poſſet: quis memor tui



O nate populus oē nā in gratū eſt genus
Petā cleo nas: archados an populos petam
Meritiſq; terram nobilem quæram tuis:
Hic dira ſer pens cecidit: hic ales fera.
Hic res cruentus: tua fractus manu:
Qui te ſepulto poſſidet cœlum leo.
Si grata terra eſt: populus alcmenam tuā
Defendat omni: thracias gentes petam
Hebriq; populus hæc quoq; ē meritis tuis
Defenſa tellus. ſtabula cum regno iacent
Hic pax cruento rege proſtrato data eſt:
Vbi enim negata eſt quod tibi īfœlix anus
Q uæram ſepulchrum: de tuis totus rogis
Contēdat orbis: reliquias magni herculis:
Q uis populus: aut q̄ templa: q̄ gens colet
Q uis iā petet: quis poſcet alcmenes onus:
Quæ tibi ſepulchra nate: qs tumulus ſat ē.
Hic totus orbis fama erit tumulus tibi
Quid aīæ trepidas: herculis cineres tenes.
Complectere oſſa: reliquiæ auxiliū dabūt
Erunt ſatis præſidia terrebunt tuæ
Reges uel umbræ Phi. Debitos nato qdē.
Compeſce fletus mater alcmene inclyti
Non eſt gemendus: nec graui urgēdus nec
Virtute quiſquis abſtulit fatis iter:
Aeterna uirtus herculem fleri uetat
Fortes uetat mœrere: degeneres iubet.
Al. Sedabo queſtus: uindicem amiſi parēs
Terræ atq; pelagi: quaq; purpureus dies
Vtrunq; clara ſpectat oceanum rota
Quot miſera in uno condidi natos parens:
Regno carebam: regna ſed poteram dare.
Vna inter omnes terra quas matres gerit
Votis peperci: nil ego a ſuperis petii
Incolumi nato. quid dare herculeus mihi
Non poterat ardor: quis deus quicq̄ mihi
Negare poterat uota in hac fuerunt manu
Quicqd negaret iuppiter: daret hercules.
Q uid tale genitrix ulla mortalis tulit:
Defleuit aliqua mater & toto ſtetit:
Succiſa fletu biſq; ſeptenos greges
Deplanxit una: gregibus æquari meus
Q uod ille poterat: matrib⁹ miſeris adhuc
Exemplar ingēs deerat. alcmenæ dabit
Ceſſate matres. pertinax ſiquis dolor
Adhuc iubet lugere: quas luctus grauis
In ſaxa uertit. cedite his cuncte malis

cas. hebrus fluuius ex pindo trahens ortum ut placet Ariſtoteli in ſecundo methaurorum.
BER. ℭ Defenſa: quia ibi interfecit diomedem. Vbi.q.d.in nullo loco:quia toti mundo dedit pacem. Cōtendat:ut habeant cineres tuos. Onus: urna quā geſtabat alcmena manibus. Totus orbis: tua fama erit tibi magnum ſepulchrum per totū orbem. Quid anime;ſeipſam dicit non timendum eſt: dum tenes cineres filii: quia adhuc erunt tibi præſidia quando reges adhuc timebunt umbram herculis. Debitos conſolatur alcmenam philotetes. Abſtulit iter:nā cum mors extinguat omnia ſola uirtus ſupſtes reſtat: unde non eſt dolendum de morte filii qui tot præclara facinora egit ut immortalitatē nominis ſui meruerit. Degeneres;uiles carentes uirtute. Sedabo;interrogatiue ceſſabo. Vindicem;unde magna ē mea iactura. Vtrunq;oceanum;orientem & occidentē.
Quod amiſi unum filium ſed poſſum exiſtimare perdidiſſe multos in uno;nam plures ualebat. Cōdidi:ſepeliui. Poteram dare;& ſi non haberē filiū regum uictorem. Vna cum haberem filium herculem nunquam feci uota diis quia illis nō indigebam.
Quid;quaſi dicat;omnia poterat dare. Manum. ſcilicet herculis. Defleuit;nunc comparat miſeriis aliorum. Bis ſeptenos quattuordeci filios Niobem intelligit de qua diximus in prima tragædia. Ille: meus hercules. Quot gregibus;quam multæ multitudini filiorum poterat æquari. Alcmene ipſa ut numeraretur inter miſeras matres. Dabit: ſcilicet exemplum miſeræ matris. Ceſſate o matres iam ceſſate a luctu & conſolate uos in comparationem mei.
Pertinax;adhuc durans. In ſaxa;ſicut dicitur de niobe. His malis;ſcilicet meis. Nam plura habeo q̄ uos omnes ſimul. Agedum.exhortatur ſeipſam ad luctum. Vna;ego ſola non ſum ſatis ad tantum luctum. Vnde uellet totum mundū reſonare planctu.
Breui; ſcilicet ſpacio naſcentur monſtra nec erat Hercules:& eum omnes uocabunt. Expedi: exere brachia nuda ad plangendum.

Flete: mutat uerſum & facit anapeſticum. Alcmenem: miſerias meas.

DAN. ℂ Hic pax: illic pax tranquilla duce filio. De tuis totus rogis: quærit gloria a populis per monumenta uirorum pſtantium: queadmodũ grauis illa & capitalis pugna teſtificat inter himereſes & cataneſes exorta de cineribus Steſichori ad quam dirimendá Phalaris Aſtiphaleus iudex electus fuit: & tandé p Cataneis plata ſnia: qm apcatane ſtudiis litterarum operá nauaſſet egregiá. Imereus.n. fuit Steſichorus poeta cæcus: cæterum facundiſſimus. Onus alcmenes. her. Hic totus orbis: coelũ ſepultura eſt urna carentibus: tu uero ubiq; eris pſto fama & meritis. Reliquæ her. ẽt mortuus tibi opẽ feret her. Non ẽ gemẽdus mors eorum lugenda eſt: quorum laus emori non põt. Vindicem: ego parens amiſi uindicẽ terræ. Quot miſera unus her. eſt mihi flendus p in nũeris gnatis quo ſolo erá regina: nam gloria parẽtis eſt filius ſapiens. Succiſa: orba foetu priua. Ceſſate matres ego una hodie antecedo omnes miſeras miſeria.

BER. Flete: herculearum uirtutum per lugẽtem Alcmená anacephaleoſis carmĩe pĩdarico. ℂ Eous. aurora. Cõtulit: cõiunxit. Plus luce q̃uis lux ſit utilis uite: tñ aliqd maius petit. ſ. Her. Penetrare. ire qñ illos iterfecit. Madẽs. ſanguinolentũ. Cerula: qa eſt iſula in mari clara tonante quare ibi iuppiter eſt educatus. Centũ: ná ibi centũ erant urbes ut inquit Vir. Idra: ná i creta idra mõs aliuſq; eiuſdẽ noĩs in phrygia. Arma. ná illi ſacerdotes galeas & arma pcutiebãt in ſacrificiis ut plene ſcri. Oui. in faſtis. Creta. uocatiui caſus. Genus: appoſitio eſt: ná gens archada ut ſupra diximus: aſſerebat ſeſe ortá eẽ añ luná & ſidera uñ dicit phoebo nõ dũ naſcẽte. Iuga ſpartes. montes lacedemonis & Nemeæ reſonent planctu. Mænala: montẽ archadie. Poſcite: repetite. Setiger: aper ab illo i agris ueſtris fuit interemptus & ales. i. alites ſtymphalides. Sequi. ſagittas ná uulnerata cadebat ad terrã cũ ſagittis. Velata: ná cũ alis obſcurabant lucẽ. Sitoniæ: thracenſes ná ſiton mõs ẽ thraciæ. Infans: qa ſtabula. i. equi diomedis non ueſcunt ueſtris ĩfantibus. Viſcera: filios ufos. Libera tellus. ſ. libia. Plaga ra. hiſpáia de qua rapuit her. armẽta gerionis. Vtraq; thetis: utrũq; mare orientale & occidẽtale. Vos quoq;: ẽt dii debetis flere qa pfuit nobis qñ gigãtes uolebãt aſcendere coelum. Numía dei appoſitiue turba citati. i. uolubilis coeli. Tulit coelũ: ſuppoſuit hũeros loco athlantis. Spirauit: uoluit ſpirare & qeſcere. Vbi uertit ſermoné ad ioué dicẽs ubi iuppiter ẽ coelũ qd pmiſiſti filio. Mortalis: ná illũ imortalẽ facere promiſeras.

DAN. ℂ Vos: craſis in dictione aut melius ſm græcá inflexioné q eſt γωσ. οοσ. inde torquet νωσσ q dictio nõnũ q̃ corripit primá ap latinos qd nuſq̃ inuenies i græcis auctoribus: cur id agãt latini uiderit eruditi: duæ noctes fuerũt cõmiſſæ dũ her. fereret iuppiter. Quorum ad ſignificatũ. Iuſſit: coegit ut anniſum dicere iſtit. Ponere: aphereſis. Madens: illorum cruor. Centũ: numerus eſt diſcretus apud Home. Armis: qbus excelluit. Nondũ phoebi. i. luna ná pſelines dicti ſunt teſte appo. & Plut. i qõibus. Velata: actiue dixit. Argolice: caſtiga argolici. Sithõiæ: thracia teſte. i. Gel. uetuſto noíe Sithõ appellata ẽ: ide Sitho. & Sithonis declinata. Veſcit: aut paſſiue poſitũ ẽ: aut p hipala

Agedum ſenile pectus o miſeræ manus
Pulſate & una funeri tanto ſat eſt,
Grandeua anus defecta. quod totus breui
Iam quatet orbis. expedi in planctus tamẽ
Defeſſa quaq̃ brachia. ut inuidiam dies
Lugendo facias: aduoca in planctũ genus.
Alc. De morte nati queritur.
Flete alcmenem: magniq; iouis.
Plangite natum. cui concepto
Lux una perit: noctesq; duas
Contulit eos ipſa quidem
Plus luce perit: tote pariter
Plangite gentes: quorum ſæuos
Ille tyrannos iuſſit ſtygias
Penetrare domos populiſq; madens
Ponere ferrum: fletum meritis
Reddite tantis totus: totus:
Perſonæ. orbis fleat alcidem
Cerula crete magno tellus
Glata tonante. centum populi
Brachia pulſent: nunc curetes:
Nunc coribantes arma idea
Quaſſate manu armis illum
Lugere decet nunc nunc funus
Plangite uerum: iacet alcides
Non minor ipſo creta tonante.
Flete herculeos arcades obitus
Nondum phoebo naſcente genus
Iuga ſpartes nemeæq; ſonent:
Feriatq; grauis mænala planctus.
Magno poſcite alcidem gemitu:
Stratus ueſtris ſetiger oris:
Aleſq; ſequi iuſſa ſagittas:
Totum pennis uelata diem.
Flete argolice flete cleone
Hic terrentem moenia quondam
Veſtra leonem fregit noſtri
Dextra nati. date ſithoniæ
Verbera matres: gelidusq; ſonet
Planctibus hebrus flete alcidem
Quod non ſtabulis ueſcitur infans
Nec ueſtra greges uiſcera carpunt.
Fleat antoeo libera tellus:
Erepta fero plaga gerione.
Mecum miſeræ plangite gentes.
Audiat ictus utraq; thetis.
Vos quoque mundi turba citati

Flete



Flete herculeos numina caſus.
Veſtrum alcides ceruice meus
Mundum ſuperi coelumq; tulit.
Cum ſtelligeri uictor olimpi:
Pondere liber ſpirauit athlas
Vbi nunc noſtræ iuppiter arces:
Vbi promiſſi regia mundi:
Nempe alcides mortalis obit.
Nempe ſepultus: quotiens telis
Faciburq; tuis ille pepercit:
Quotiens ignis ſpargendus erat:
In me ſaltem iaculare facem
Semelemq; puta:
Iam ne elyſias o nate domus
Iam littus habes: ad quod populos
Natura uocat: an poſt raptum
Styx atra canem præcluſit iter
Teq; in primo limine ditis,
Fata morantur: quis nunc umbras
Nate tumultus maneſq; tenet:
Augit abducta nauita cymba:
Et centauris theſſala motis
Ferit attonitos ungula manes
Angueſq; ſuos lydra ſub undis
Territa merſit: teq; labores, O nate timẽt:
Fallor: fallor: ego ueſana parens:
Nec te manes umbræq; timent.
Non argolico rapta leoni
Fulua pellis contecta iuba:
Leuos operit dura lacertos
Vallantq; feri tempora dentes
Domum pharetræ ceſſere tuæ:
Telaq; mittet iam dextra minor
Vadis inermis nate per umbras:
Ad quas ſemper manſurus eris.
Hercules. Alcmena. Hercu. loquitur.
Quid me tenẽtẽ regna ſiderei poli
Coeloq; tãdẽ redditũ plãctu iubes
Sẽtire fatũ parce: ná uirtus mihi
In aſtra & ipſos fecit ad ſuperos iter.
Al. Vnde ſonus trepidas aures ferit:
Vnde meas inhibet lachrymas fragor:
Agnoſco agnoſco uictum eſt chaos.
A ſtyge nate reddis iterum mihi.
Fractaq; non ſemel eſt mors horrida.
Viciſti rurſus noctis loca.
Puppis & infernæ uada triſtia.

gẽ lege. Thetis. tropas. Citari uerſatilis & uolubilis.

BER. ℂ Pepercit: beneficia. her. exprobabat ioui niſi fuiſſet hercu. q fulmina expendiſſes contra tyrannos & monſtra. Ignis fulmen. Iaculare: ſaltem ſi nõ uis ſuſcipere filium in coelum mitte in me fulmen ut feciſti in ſemelem matrem bacchi cuius fabula nota ẽ apud Ouidium lib. meta. Natura: quia naturaliter omnia moriunt. Præcluſit: an clauſum eſt tibi iter ut non poſſis tranſire quod timeatur ne iterum rapias cerberum ut feciſti prius. Morantur: tenent ne ingrediaris. Quis quantus tumultus debet eſſe in inferno. Nauita: charon credo q ipſe fugiat. Centauris: qui dicuntur eſſe in primo greſſu iferni cum uiderunt te fugiunt: & alios ungulis ſuis feriunt fugiendo. Idra: quæ eſt in primo limine inferni: ut ſcribitur a Virgilio. Merſit: quare adhuc eſt illi ſua figure. Angues: quia plura capita habebat. Labores: monſtra quæ uiciſti. Fallor: nunc caſtigat ſe q filius non eſt ita terribilis quemadmodum erat i mũdo: cũ illic nulla arma habeat quod ſane ſatis nobis monſtrat in extrema die nulla arma prodeſſe. Argolico: quem interfecit apud Cleonas. Contecta: ueſtita: pilis fuluis. Operit: tegit ſiniſtrum brachium tuum. Valant: circundant caput: nam rictus leonis geſtabat i capite & reliquam partem ſupra humeros. Dentes. ſ. leonis. Domum: nam ſagittas reliquiſti philothete. Pharetre: appoſitiue donum. Dextra minor. philothete. Mãſurus: nõ rediturus.

Quid me: alcmena audit uocem dicentem mater quid flendo monſtras me mortuũ qui iam teneo coelum. Fatum: mortem. Parce: noli plorare. Vnde alcmena: audiens iſta uerba miratur unde ſit iſte uox credo q hercules reuerſus eſt ab inferis & illic omnia ipſum timuerunt. Inhibet: prohibet ne ploret. Chaos: infernus. Nõ ſemel: bis uictus tibi infernus & mors horrida. Peruius: per quem potuiſti iterum redire. Remeare: reuerti. Tibi ſoli: quod aliis non contingit. Tenent: qd non reddeas. Metuit: ne raperes regnum inferni. Certe: uidi te ardentem in rogo &

DAN. mortuum: ſed tñ non potuiſti retineri apud inferos. ℂ Ad quod: littus. Populos: animas nam perpetuus ad mortem concurſus & turbæ uix ſatis una ratis. Fugit: interrogatiue legẽdum eſt. Fallor: petebat enim tartaream militiam nudus & ſine armis: nam licet quis clypeo ſe protegat & galea. Mors tamen icluſum protrahet inde caput.

Quid me: cataſtrophe de omni mortalitate in apotheoſim meritis aureæ uirtutis. Solatur matrem. Hercules iam deus effectus. Vnde ſonus: quem audiui indicem filii mei iam in collegium deorum tranſlati. Iterum: quia ſemel cum theſeo.

BER. ¶ Præcor: dic quid tui: caſus genitiui.i. qđ te timuerunt. Vmbra.ſ.tua. Non me: rñdet umbra herculis ſe non fuiſſe apud inferos: quia ſatis fuit qđ uiuens illud adierit. Tui: ex pte tui genitricis q̃ mortalis es expurgatũ fuit in his rogis. Tulit: expurgauit. Paterna: ps diuinitatis q̃ ex ioue erat: ẽ reddita cœlo. Virtus: facit ĩmortales & timidi q habent uicia moriũť.

Præſens dicis te neſcire unde ſit hic ſonus uenit ille ex cœlo ubi ego ſum. Euriſtheus: iã euriſtheũ nõ timebis quẽ ſupra diximus impaſſe. Herculi hic tibi dabit pœnas. Trãſcẽdẽs. ſupans ſupbũ caput.i. euriſtheũ: cũ me filiũ tuũ deũ hẽbis. Mane: rogabat mř ut reſiſteret: & ille fugit ab oculis eius. Credula: qa miſeri putãt uidere interdũ qđ nõ eſt ue℞. Canam: ibo thebas & apte denũciabo herculẽ factũ deũ eẽ.

NVnq̃: uerſus anapeſticus: hic chorus laudat uirtutẽ q̃ ſola ĩmortales hoĩes facit ut plato plene teſtať qui uoluit puris aĩabus aditũ patere in cœlũ: contaminatas uera deprimi in terris addendo cocytos phlegetõtaſq; fluuios flãmiuomos. Lœtheos: infernales. Sũmas horas: ultimum tempus uitæ. Pandet: aperiet hi ſunt de quibus Maro inquit. Hos ardens euexit ad æthera uirtus. Sed tu: iam præcatur Herculem tanquam deum. Ades: faueas nobis & gere curam nři: ut ſi qđ monſtrum natum fuerit de cœlo mittas fulmina.

DAN. ¶ Vmbra: ſimulachrum enim petit manes: cœlum anima & corpus in puluerem ſoluitur.

NVnq̃ ſtygias: laudat herculẽ chorus & numen adorat uirtutis herculeæ: puenimus tandẽ in optatũ portũ: lector candide: pelagus ingens emenſit p̃cipiti curſu: pfecimus nãq; intra menſeſtris iter. ix. anno℞: non abſq; tñ periculo ĩminentis naufragii: nã ĩportuniſſimi iſti remiges nři dũ nimis auide ad tuã pecuniã uela contẽdunt: in infames ſcopulos: in ſcæuã carybdim & ſcyllã immanem hanc meã ſutilẽ cymbã ꝓpe modum ptraxerunt: erat.n. hoc mare nauigandũ rate fatidica & magřo tiphi. ſed gratias tãdẽ cũ coronis deo optĩo pſoluamus uendibiliori merce poſt hac nauigaturi.

¶ Habes amice lector cõmentaria in aureas. L. Aenei Senecæ tragœdias tanto uitæ bono: ut ſi diligẽter eas perlegeris: nihil tibi cõducibilius repire poſſis ad bñ uiuẽdũ: & ad re℞ locorũq; omnifariam cognitionẽ: ibi ſnĩe graues ad inſtituendũ uitæ modũ: hyſtoria℞ fabularumq; enarratio: fortunæ uarietas urbiũ: montium. aquarum: maris & fluuiorum: regionũ populorumq; deſcriptio: uerborum enucleatio: ordo textus ita ſimplex: ut qſq; nouitius omnia facile pcipere ualeat. Itaq; leges gratum accipies: ſi minima proſequuti ſimus: ut tu maiora indipiſcem poſcis. Vale.

¶ Impſſum Venetiis a Philippo pincio Mantuano. Anno dñi. M.ccccc.x. die. xxix. Octobris. Inclito domino Domino Leonardo Lauredano Venetiarum Duce sereniſſimo Imperante.

## Regiſtrum.

a b c d e f g h i k l m n o p q r ſ t u x y z & . Oẽs ſunt terni p̃ter a b & q ſunt quaterni.

Peruius eſt acheron iam languidus:
Et remeare licet ſoli tibi
Nec te fata tenent poſt funera.
An tibi præcluſit pluton iter.
Et pauidus regni metuit ſibi.
Certe ego te uidi flagrantibus.
Impoſitum ſyluis compluribus
In cœlum furerent flammæ minis.
Arſiſti certe: uerum ultima
Non tenuere tuas umbra loca.
Quid timere tui manes præcor.
Vmbra quoq; eſt diti nimis horrida.
Her. Nõ me rigentis ſtagna cocyti tenent
Non puppis umbras furua trãſuexit meas
Iam parce mater quæſtibus: manes ſemel
Vmbraſq; uidi: quicquid in nobis tui.
Mortale fuerat: ignis inuictus tulit:
Paterna cœlo pars data eſt: flammis tua
Proinde planctus pone: quos nato patet
Genitrix in ortu luctus in turpes eas
Virtus in aſtra tendit: in mortem timor
Præſens ab aſtris mater alcides cano:
Pœnas cruentus iam tibi euriſtheus dabit
Curru ſuperbũ uecta tranſcendens caput.
Me iam decet ſubire cœleſtem plagam
Inferna uinco rurſus alcides loca
Al. mane parum per: ceſſit: ex oculis abit.
In aſtra fertur: fallor: an uultus putat
Vidiſſe natum: miſera mens credula eſt:
Es numen & te mun dus æternus tenet.
Credo triumphis: regna thebarum petam
Nouumq; templis additum numen canã.

Chorus.

NVnquã ſtygias fert ad umbras:
Inclyta uirtus: uiuite fortes
Nec lœtheos ſæua per amnes
Vos fata trahent: ſed cum ſummas
Exiget horas conſumpta dies
Iter ad ſuperos gloria pandet.
Sed tu domitor magne ferarum
Orbiſq; ſimul pacator ades.
Nunc quoq; noſtras reſpice terras.
Et ſi qua nouo bellua uultu
Quatiet populos terrore graui:
Tu fulminibus frange triſulcis:
Sortitus ipſo genitore tuo
Fulmina mittes.